FEDERICI BORROMÆI

CARDINALIS, ET ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI

DE

CONCIONANTE EPISCOPO

LIBRI TRES.

S. FRANCESCO DI SALES VITTORIO BIBLIOTECA IN ROMA

MEDIOLANI, M. DC. XXXII.

CONSILIVM MENSQVE AVCTORIS EX LIBRO *MEDITAMENTORVM LITTERARIORVM.*

NIHIL aliud ſpectant tres iſti de Concionante Epiſcopo Libri, quàm vt proprium ordinis illius eſſe concionandi munus probent. Id quibus argumentis effectum ſit, & quanta rationum, & exemplorum varietate, res ipſa demonſtrabit.

LIBRI PRIMI CAPITA.

OCCASIO huius Libri conſcribendi. Caput I. 1

Qui primus publicè dixerit. Caput II. 7

De Aarone. Caput III. 8

De Abrahamo. Caput IV. 9

De diuinis Verbis Saluatoris. Caput V. 10

De Apoſtolis. Caput VI. 14

Geſta Patrum, & monumenta. Caput VII. 18

Dicta, & ſententiæ Patrum. Caput VIII. 25

Cyprianus, Athanaſius, & Marcus. Caput IX. 35

Hylarius, Ambroſius, & Chryſoſtomus. Caput X. 38

Auguſtinus, Proſper, Cæſarius, Fulgentius, Gregorius Magnus, & Nicolaus. Caput XI. 42

De Apoſtolorum Præceptis; De Concilio Carthaginenſi, & Sardicenſi. Caput XII. 49

De Concilio Matiſconenſi, Braccarenſi, & Trullano. Caput XIII. 53

De Concilio Arelatenſi, Turonenſi, & de Libris Capitularibus. Caput XIV. 57

De

De Concilio Regiaticino, Ticinensi, Trosleiano. Caput XV. 59
De Ioanne Zonara, & Theodoro Balsamone. Caput XVI. 63

LIBRI SECVNDI

CAPITA.

COncionandi munus magnum esse, ac glorioſum. Caput I. 67
De Auditorum contumacia. Cap. II. 71
De Actionibus, quæ minùs Epiſcopum decent. Caput III. 76
Epiſcopi dignitas, & præcipuum munus. Caput IV. 80
Diuini Verbi prædicatio ſternit viam ad reliqua Antiſtitum munera. Caput V. 82
Quàm Epiſcopum adiuuet concionalis actio. Caput VI. 88
Num aliena opera expleri poſſint Epiſcopi partes in concionando. Caput VII. 92
Quonam modo ad concionandum alij eligerentur loco Epiſcopi. Caput VIII. 96
De cauſis, quæ impedire poſſint Epiſcopalem Prædicationem. Caput IX. 100
Damna, & detrimenta ex Epiſcopo non con-

concionante. Caput X. 102
Solus olim Episcopus concionabatur.
Caput XI. 106
Concionandi munus explebatur olim per litteras, aliasve lucubrationes.
Caput XII. 109
Num ignorantia excusare possit Episcopum minimè concionantem. Caput XIII. 113
Quam doctrinam esse in Episcopo oporteat. Caput XIV. 120
De forma Episcopalis concionis. Caput XV. 125
Naturæ impedimenta, atque auxilia ad concionandum. Caput XVI. 130
De pusillanimitate. Caput XVII. 135

LIBRI TERTII CAPITA.

DE Gentium Dijs. Caput I. 139
De Idolorum Pontificibus, & Sacerdotibus. Caput II. 144
De Principibus, & Tyrannis. Caput III. 146
De exercituum Imperatoribus. Caput IV. 159

De

De Romanis Consulibus, Dictatoribus, Tribunis Militum, Plebis, ac de equorum Domitoribus. Caput V. 164
De Ægyptijs, Druidibus, & Gymnosophistis. Caput VI. 166
De Hebræis. Caput VII. 170
De communi Legge Humanæ Naturæ. Caput VIII. 174
De ætate senum. Caput IX. 176
De cura domestica, ac familiari. Caput X. 182
De veteribus Christianorum, & Essenorum institutis. Caput XI. 185
Varij religiosorum mores, & instituta. Caput XII. 188
De Pythagoræorum vita, & doctrina Stoicorum. Caput XIII. 193
De Pastorum, & Nauarchorum vita. Caput XIV. 198
De Argumentis è Linguarum mysterijs desumptis. Caput XV. 205

DE

FEDERICI BORROMÆI

CARDINALIS, ET ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI

DE CONCIONANTE EPISCOPO

LIBER PRIMVS.

OCCASIO HVIVS LIBRI conscribendi.

Caput I.

V. M. inclyti nominis, aternaque memoria Sanctus Carolus Ecclesiam hanc Ambrosianam administraret, diuino, et singulari mihi obtigit beneficio, vt non solùm tanti viri frueret aspectu, verùm etiam quantum atas mea

tunc, et grauissima Pontificis occupationes patiebantur, vterer ipsius consuetudine; quo quidem tempore ille mecum sæpe est locutus, et multa de suis studijs, exercitationibusque communicauit. At sicuti poteram in illa ætate iudicare, videbam eum esse totum in concionandi munere, nullique parcere vel labori, vel exercitationi, quæ ad illam pastoralis officij partem attineret. Ex omni Scriptorum varietate multa decerpebat in id ipsum, infinitamque rerum supellectilem assiduo partam labore disponebat etiam ordine, quem ipse commodissimum reperisset; habebatque destinatos huic muneri, qui omnia sedulò in commentarios referrent. Concionabatur verò quam frequentissimè, et seuerè cauebat in scipso, ne quam prætermitteret earum legum, quibus hanc concionandi consuetudinem ac disciplinam ex præscripto veterum Canonum descripsisset, atque sanxisset, vt pastores animarum commissum sibi gregem alerent Dei verbo et sustentarent. Atque quò maiorem in hoc amplissimo clero numerum et copiam haberet hominum, qui rectè ac laudabiliter id sustinere munus possent, ex omni iuuentute, quæ per seminaria, et collegia litteris eruditebatur, inquirebat sedulò quinam essent natura muneribus maximè habiles ad dicendum,

S. Caroli studiũ, & exercitatio.

S. Carolus ad eloquentiæ studium iuuentutẽ excitat.

hosque

boſque volebat, vt in eloquentiæ ſtudio præ cæteris verſarentur. Quòd ſi fortè tunc aliqui ſpem in hoc genere de ſe præbuere nonnullam, eos vidimus ab homine diuino præmijs, et honoribus incitari, quò magis hoc ſtudium capeſſerent, atque reſponderent expectationi, quam concitaſſent. Ego, quamquam tunc eram adoleſcens, poteram tamen animaduertere res tantas, et admirari; planèque admirans audiebam interdum graues viros, optimoſque ſacerdotes è Sancti Cardinalis familia, cùm inter ſe colloquerentur, atque ita dicerent, concionandi præcipuum eſſe munus epiſcoporum, quorum exemplo ſtimulari parochos in id ipſum oporteret; nulla faciliùs verba poſſe populorum animos, vel obiurgare, vel erudire, vel conſolari etiam, et Cæleſtibus augere bonis, quàm qua paterno, et ſacro pontificis ore pronuntiarentur. Hæc veriſsimè dici ſum arbitratus; dicebantur enim ab illis, quos ego faciebam ſanè plurimi, et in quibus eſſe probitatis, ac ſapientiæ multum intelligebam. Sed diuino poſtea nutu, clariùs etiam, atque certiùs, quàm verè dicerentur, cognoui. Cùm enim penitus infixa ſediſſet animo meo rerum earum memoria, factum eſt, vt legendo multa deinceps, et audiendo, collegerim mihi ſepoſuerimque, tamquam aliud agens, multos eius argumenti

Concionādi munus eſſe Epiſcopi proprium.

locos, qui monent episcopum, ne concionandi munus vnquam intermittat, idque esse proprium et suum, non verò alienum putet. Quamobrem, existimaui negotium fore, tum meæ ipsius conditioni aptum, et decorum, tum verò etiam illis fortasse fructuosum, qui rectè ac dignè volunt in hoc pastorali munere versari, si varias contexerem auctoritates, variaque testimonia, et exempla, quæ mihi primùm, deinde alijs possint veluti præferre lumen et facem, quæ discutiat somnos, et ostendat nobis, quanta in culpa, et damno simus futuri, si nostri gregis elingues ac muti pastores viuemus. Huius autem instituti operis hic erit ordo, vt sacras primùm auctoritates, et ex diuinis Litteris exempla proponam: deinde rationes humanæ vel politicæ subsequantur: tertio loco sint profana, si quæ ad institutum pertinebunt. Carolus igitur, quem eximiæ sanctitatis virum nostra habuit ætas, tanti adeo præstantissimum hoc concionandi munus faciebat, vt ea Isaiæ verba ad se pertinere arbitraretur; Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! *Atque sermone è diuinis Litteris petito vti solitus erat ad suum gregem in æterna salutis portum deducen-*

Libri ordo.

Isaiæ cap. 52. n. 7.

endum. Quod porrò vnum ea Clementis Alexandrini verba declarant, dum inquit; Sermo exhortatorius est dux pietatis, & religionis, qui instar carinæ subiectus est ac Fidei ædificationem. Clemens Alex. in Prædog c. 1.

Atque Auctor idem ad vim dicendi exprimendam, hæc verba alibi refert; Sed prædicandi quidem scientia est quodammodo Angelica. Lib. 2. Strom.

Quippeque pia hæc ad populos documenta, ipsissmet veluti dux ad rectam viuendi normam, et spiritalis vitæ magistra, deseruiant. Tantì deinde erat apud veteres hæc diuini Verbi prædicatio, *vt Concilij Carthaginensis quarti decreto, capite vigesimo quarto, ecclesia interdicerentur ij, qui in medio concionis cursu discederent; suntquè hæc ipsius Concilij verba;* Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. Jun par. 6. cap 162. & 24.

Quæ item verba referuntur de consecratione, distinctione prima, capite, Sacerdote. *Huius quoquè muneris dignitatem et amplitudinem suo magni aliquot principes viri exemplo commonstrarunt; in primisque Magnus Constantinus, qui conclonatorem stans audiebat, et sedere, quamuis rogatus, recusabat. Atque de eo sic Eusebius refert.* Ac ne illud quidem mihi tacitè prætermittendum videretur, quod nobis ipsis præsentibus summa cum admiratione gesserat. Eusebius lib. 4. de Vita Constan. c 33.

Nam

Nam cùm eius ſingulari erga Deum pietate adducti poſtularemus, vt de Seruatoris monumento, & ſepultura diſputantes nos audire vellet: libentiſsime ſanè aures ſuas ſermonibus noſtris præbuit, & in Baſilica magna auditorum cœtu circumfuſus, erectuſque ſtans, communem cum reliquis audiendi operam exhibuit, cùmque flagitaremus, vt regali in ſolio, quod ibi ſeſſionis cauſa poſitum erat, ſe reclinaret: minimè ceſſit noſtris precibus, quin potiùs contento animo, quæ dicebantur, ſecum dijudicabat: & Theologiæ decretis, veritatis teſtimonium dabat. Sed cùm iam multum temporis fluxiſſet, & nos longiores eſſemus, finemque facere ſtatueremus: hic quidem ille reſtitit, & vt omnem ſermonem abſolueremus, hortatus eſt. Rurſus verò, vt ſederet, depoſcentibus nobis, ſubtriſti & auſtero vultu reſpondit: Nefas eſſe, inſtitutis de Deo diſputationibus negligentes aures præbere. Sibi verò hoc eſſe in primis vtile, præſertim cùm pium ſit de Diuinis rebus diſſerentes, erectos audire,

QVI PRIMVS PVBLICE dixerit.

Caput II.

NVNC verò si sacra concio à quouis dicente habita ad populum, tanto est in honore ac pretio, vt facilè quispiam animaduertit, qua existimatione, pondere, et auctoritate, quoue cultu, et veneratione digna ea erit, qua ex venerabili summorum sacerdotum ore profluet atque emanabit? Atque horum ita præcipuum est hoc munus, vt diuino consilio, sicut obseruare licet, primum sermonem ad hominum multitudinem is Sacerdos habuerit, qui princeps eorum, qui in eius locum successerunt, poterat meritò appellari, quique episcopalem personam aptè repræsentabat. Nunc sacrarum Litterarum verba, quæ hanc historiam narrant, referamus. Iam multas hostium copias Abrahamus superauerat; iamque fratrem ab eorum seruitute in libertatem vindicauerat, cum diuina Litteræ sic habent; At verò Melchisadech Rex Salem, proferens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelso, qui creauit Cælum, & terram; & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes

S immi Sacerdotis concio.

Gen. cap. 14 u. 18.

hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. *Atque hoc loco facilè adducimur ad credendum, vt post hunc celeberrimum euentum, et post hanc victoriam gloriosè reportatam, non ita breuem pronuntiarit orationem, qualem nobis sacra Littera repræsentant, sintque hæc verba illius orationis veluti compendium, et succus. Hæc oratio, ni mea me fallit opinio, prima est, quæ habita fuit. Ad hoc deinde exemplum, siue veterem, siue nouam Legem spectemus, multa alia prope infinita accesserè.*

DE AARONE.

Caput III.

DE antiqua verò Lege si loquamur, Aaron ijs primis temporibus ad populi Hebrai vtilitatem diuino ore orator destinatus fuisse videtur. Locos, qui subsequuntur, mox perpendamus;

Exod. cap. 4. n. 14

Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit: ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te lætabitur corde. *Deinde subdit;* Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis: ipse loquetur

quetur pro te ad populum, & erit os tuum: *Capite item ſeptimo ita habetur*; Aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. *Os igitur Aaronis ſupremi ſacerdotis, diuinæ prædicationi deſtinatum eſt, et illius ore ſua Deus recondita myſteria denudat, perinde ac ſi ipſmet loqueretur. Magnum ergo ſacerdotem, quem in erudiendis populis, diuinaque Lege euulganda totum eſſe atque aſſiduum oportet, non tam populi, quàm opulentiſſimi principes alio quouis dicente libentius, et attentius, audire debent, et ei ſummum, honorem tribuere.* Exod. c. 7. u. 1.

DE ABRAHAMO.

Caput IV.

HOC eodem munere fungebatur *Abrahamus, qui, ſicuti Rabbi Salomon loco inferius citando, Rabbi Aben Ezra, Rabbi Beccaia tradunt, ſuos legendo ſeruos, & concionando erudiebat. Atque in hanc ſententiam verba illa Geneſeos exponenda, quæ ſic habent*; Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui Gen. cap. 12. u. 5.

vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant in Haran. *Immo, sicut Rabbi Salomon praecipuè obseruat, ab Abrahamo viri, mulieres à Sara, ad seruandam, & custodiendam Legem instituebantur. Et quemadmodum Abrahamus vniuersae familiae praerat: ita episcopi sunt ij, qui suos filios, et populos sibi subiectos alloqui debent.*

DE DIVINIS VERBIS Saluatoris.

Caput V.

VERVM. haec exempla, veluti minuta sidera videri nobis debent, si cum illius Solis magnitudine, hoc est cum humani generis Saluatore comparare vellemus, qui sua luce vniuersum terrarum Orbem illustrauit, quique è Cælo in Terras descendit, vt aterni Parentis legem promulgaret. Atque hoc concionandi munus futurum esse illi, et praecipuum, & maximum, vaticinatus est Isaias hisce verbis: Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem:

Isaiæ cap. 61. u. 1. & 2.

vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo noſtro. *Verùm antequàm Chriſtus vniuerſo ſe Orbi proderet, ab Ioanne Baptiſta prædicatus eſt et celebratus, quì non ſolùm concionatorùm munus verè obibat, ſed etiam ſe ipſum concionatoris nomine appellauit, ſicut verba ab ipſomet prolata declarant*; Ego vox, *inquit*, clamantis in deſerto. *Quòd is autem ſummi concionatoris partes egregiè ſuſtineret, et diſertiſſimè loqueretur, ex Ioſephi auctoritate ac teſtimonio patet, cuius hæc verba*; Hunc enim tetrarcha necauit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum ſtudia, & in primis pietatis, ac iuſtitiæ, ſimulquè ad Baptiſmi lauacrum: quòd ita demum Deo gratum aiebat fore, ſi non ab vno tantum, alterove peccato abſtineant, ſed animis per iuſtitiam priùs mundatis, addant & puritatem corporis. Cùmque magni concurſus ad eum fierent plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus, ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pareret, quòd viderentur nihil non facturi ex eius conſilio, iudicauit ſatiùs eſſe, priùs, quàm noui aliquid exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis, ſeram pœnitentiam agere. Itaque vinctum miſſum in Macheruntem ſupra dictam, illic occidi imperat.

Matth. cap. 3. u. 3.

Ioſephus lib. 18. cap. 7. de Antiq. Iud.

Quod factum sequuta est Iudæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum. *Quæ item verba à Nicephoro referuntur libro primo Historiarum Ecclesiasticarum, capite vigesimo. Humani generis deinde Saluator, sicut ex diuinarum Litterarum monumentis apparet, varijs quidem nominibus, sed magistri præsertim nomine, appellatus fuit: hocque nomen nonnisi à concionandi munere, quo fungebatur, desumpsere. Quòd autem magistri nomen referatur ad docendi munus, quod viuæ vocis beneficio præcipuè exerceri solet, loci, qui subsequuntur, satis demonstrant;* In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium. *Et paulò inferiùs;* Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. *Et in Epistola quoque ad Hebræos;* Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus. *Præter hoc magistri nomen, simile aliud accepit; Ab Isaia enim diuina illius prædicationis officium vaticinante, doctoris nomine cohonestatus fuit;* Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. *In eam ferè sententiam et Ioel ita scriptum reliquit;* Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia

Christi varia nomina.

Matth. c. 8. v. 19. Marci c. 12 u. 16. Lucæ c. 3. u. 12. Ioan c. 3. u. 2.

2. Ad Tim. c. 1. u. 11.

Ibid. cap. 4. u. 4.

Cap. 5. u. 11.

Isaiæ cap. 30. u. 20.

Ioel cap. 2. u. 23.

quia dedit vobis doctorem iustitiæ. *Præterea, aliquando accidit, vt aperta quædam exhibuerit argumenta, quæ ipsum esse concionatorem, atque lectione erudiendi populum, munus suscepisse indicabant; idque fuit, cùm ipse librum aperuerit, legerit, eundemque in ministri manus tradiderit, ipsumque inchoauerit sermonem. Habuit longos præterea etiam sermones, qui à priuatarum, & familiarium collocutionum consuetudine planè discedebant, qualis solennis ille Domini sermo habitus in monte. Hoc denique magistri nomen cùm ex nullo opere litterarum monumentis consignato inditum illi sit, certum est, accepisse illud à præclaris illis gestis, & à verbis potissimum ex diuino illius ore prolatis, quibus vnumquemque erudiebat. Nemini deinde hìc dubitandi locus esse potest, quin Ecclesiæ antistites eandem Christi personam referant, eiusque munere magis, quàm alij, fungantur, quinve eos maximè oporteat, veros operum illius esse imitatores.* Lucæ cap. 4. vers. 20.

DE

Quod factum sequuta est Iudæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum. *Qua item verba à Nicephoro referuntur libro primo Historiarum Ecclesiasticarum, capite vigesimo. Humani generis deinde Saluator, sicut ex diuinarum Litterarum monumentis apparet, varijs quidem nominibus, sed magistri præsertim nomine, appellatus fuit: hocque nomen nonnisi à concionandi munere, quo fungebatur, desumpsere. Quòd autem magistri nomen referatur ad docendi munus, quod viua vocis beneficio præcipuè exerceri solet, loci, qui subsequuntur, satis demonstrant;* In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium. *Et paulò inferiùs;* Sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. *Et in Epistola quoque ad Hebræos;* Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus. *Præter hoc magistri nomen, simile aliud accepit; Ab Isaia enim diuina illius prædicationis officium vaticinante, doctoris nomine cohonestatus fuit;* Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. *In eam ferè sententiam et Ioel ita scriptum reliquit;* Filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia

Christi varia nomina.

Matth. c. 8. v. 19. Marci c. 2 u. 16. Luce c. 3. u. 12. Ioan c. 3. u. 2.

2. Ad Tim. c. 1. u. 11.

Ibid. cap. 4. u 4.

Cap. 5. u. 11.

Isaiæ cap. 30. u. 20.

Ioel cap. 2. u. 23.

quia dedit vobis doctorem iustitiæ. *Præterea, aliquando accidit, vt aperta quadam exhibuerit argumenta, quæ ipsum esse concionatorem, atque lectione erudiendi populum, munus suscepisse indicabant; idque fuit, cùm ipse librum aperuerit, legerit, eundemque in ministri manus tradiderit, ipsumque inchoauerit sermonem. Habuit longos præterea etiam sermones, qui à priuatarum, & familiarium collocutionum consuetudine planè discedebant, qualis solennis ille Domini sermo habitus in monte. Hoc denique magistri nomen cùm ex nullo opere litterarum monumentis consignato inditum illi sit, certum est, accepisse illud à præclaris illis gestis, & à verbis potissimum ex diuino illius ore prolatis, quibus vnumquemque erudiebat. Nemini deinde hìc dubitandi locus esse potest, quin Ecclesiæ antistites eandem Christi personam referant, eiusque munere magis, quàm alij, fungantur, quinve eos maximè oporteat, veros operum illius esse imitatores.*

Luce c2.4.u.20.

DE

DE APOSTOLIS

Caput VI.

POSTOLI verò ad huius præclari operis laborem se ipsos accinxerunt, atque incessabili pene solicitudine idem illico munus susceperè. Quinimmo, cùm singuli in singulas Orbis partes destinandi essent, animaduerti inter præcepta, quæ à Saluatore Christo acceperant, hoc illis maximum fuisse ac præcipuum, cùm diceret; Prædicate Euangelium omni creaturæ. *Neque ijs imposuit Christus, vt supra naturæ ordinem ac modum quidquam agerent referenda ea, quæ viderant, et audierant, quamuis ex alia parte prædiceret fore, vt eorum opera, et præclara facta ob felicem euentum essent vniuerso Orbi admiranda. Quod sanè præceptum, sicut Sanctus Augustinus egregiè obseruat, ijs quidem impositum fuit, quos alloquebatur Christus, sed proinde ijs etiam, qui in hoc diuino munere atque officio illis succeßuri erant. Præterea, quoties ipsi de Apostolico munere loquuntur, de Verbi Dei prædicatione, tamquam sibi maximè propria, hisce verbis loqui videntur;* Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

Marc. cap. 16. in. 15.

5 Augustinus ad Hesych.

Act. cap. 6. n. 2.

sis. *Quarè licet in alijs etiam operibus exercendis præclarè se gesserint: de Diuini tamen Verbi prædicatione mentionem faciunt, ac si Apostolicas inter functiones hac præcipuum locum teneret. Quinam verò Apostolorum primus hominum multitudinem alloqueretur, extitisse Sanctum Petrum ex illis verbis manifestè apparet;* Viri fratres, oportet impleri Scripturam, *& quæ sequuntur. Quo exemplo monuit, concionandi munus ab eo esse suscipiendum, qui dignitate cæteros antecedit. Tempore autem procedente, quid magnus hic vir egerit, quamuis clarum satis sit, et manifestum, nihilominus verba ego Clementis Papæ in hunc locum transferam, quæ hæc sunt;* Episcopos sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo diuino, & mandato instruere, & dirigere. *Quoniam verò inter Christi Apostolos Paulus concionandi præcipuum munus à diuina prouidentia accepit, maximi propterea concionatoris nomen est assecutus, cuius laude, et fama, omissis cæteris ab eo laudabiliter gestis, fuit vniuerso Orbi adeo notus, vt Mercurij nomen sibi comparauerit. In hac autem cura quàm esset assiduus, et attentus, considerandæ sunt hæc illius verba;* Propter quod vigilate, memoria recti-

S. Petrus primus Concionator.

Act. cap. 1. v. 16.

Clemens Papa. Epist. 1.

S. Pauli in concionando studium.

Act. cap. 14. v. 12

Act. cap. 20. v. 31

retinentes quoniam per triennium nocte & die non cessaui, cum lacrymis monens vnumquemque vestrum: *Atque adducor ad credendum, tam longos, tamquè frequentes sermones conciones more habuisse Apostolos; in hancque adducor opinionem auctoritate, et dignitate personæ, et rerum argumentis, quæ tractabantur. Pretereà, is deuinctus in carcere, conciones habuit, et concionando traxit Onesimum ad Christianam Religionem;* Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis, quem remisi tibi. *Alibi etiam legimus, eundem in custodia detentum, concionalem hanc artem factitasse;* Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex Lege Moysi, & Prophetis, à manè vsque ad vesperam. *Et paulo inferius;* Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione. *Ad cuius sanè imitationem, credendum est, Apostolos omnes in primis nascentis Ecclesiæ exordijs, totos in hoc concionandi mu-*

Epistola ad Philem. u. 10.

Act. c. vlt. u. 23.

Ibid. u. 30. & 31.

nere

nere obeundo fuisse. Immo, de Apostolo Ioanne Sanctus Hieronymus epistola ad Galatas, in ea verba: Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, *narrat eum senio iam confectum, iussisse ad ecclesiam sese deportari, vt concionaretur, et concionantem nil aliud pronuntiare solitum fuisse, quam ea verba digna memoria, et admirationis;* Filioli diligite alterutrum; *Sancti autem Hieronymi verba hæc sunt;* Beatus Ioannes Euangelista, cum Epheſi moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur: nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc; filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tædio affecti, quòd eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit. *Qui viri profectò insignes hoc loco memorati, vt manifestè constat, episcopi munus et officium præstabant: immo eorum plerique eum honoris gradum assecuti fuere.*

S. Ioannis Conciones in senectute.

S. Hieronymus lib 3. c. 6. comment. in Epist. ad Galatas.

GESTA PATRVM, ET monumenta.

Caput VII.

PROXIMA deinde ætas Beatum Cyprianum tulit, de quo memorabile illud Pontius Diaconus narrat, eum videlicet tanto concionandi desiderio fuisse inflammatum, vt in ipsa concione mortem appeteret. Pontij verba hæc sunt, quæ sequuntur; Tanta illi fuit sacri cupido sermonis, vt optaret sic sibi passionis vota contingere, vt dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. *Ecquam putamus gloriosi huius Martyris fuisse dicendi cupiditatem, si docendo extremum reddere spiritum cupiebat? Venit mihi nunc in mentem dictum illud celebre, et antiquum*; Stantem Imperatorem oportet mori. *Ita se videlicet Cyprianus parauerat, vt glorioſum ſibi maximè putaret, ſi in ipſo certamine et pugna contra diuinæ legis aduerſarios ſuſcepta, vitam amiſiſſet. Diuinæ etiam legis conſeruandæ, et amplificandæ ſtudio, magni nominis, et inclytæ memoriæ Sanctus Pater Ambroſius in concionandi munere adeò ſolicitus erat, vt, quemadmodum de eo ſcriptum reliquit Sanctus Auguſ-*

Pontius Diac. in vita Cyprian. cap. 17.

S. Ambroſij cura & ſolicitudo.

Augustinus, singulis dominicis diebus ad populum concionaretur. Quod et nobis manifestè constat ex ipsiusmet Ambrosij verbis, qui de se ipso loquens, hæc habet; Libenter nos prædicare, & gratanter opus Dei facere manifestum est. Sed cùm videmus plures è fratribus pigriùs ad ecclesiam conuenire, & dominicis præcipuè diebus minimè cælestibus interesse mysterijs, prædicamus inuiti: non quò nos pigeat loqui, sed quia negligentiores prædicatio nostra grauet potiùs, non emendet. Ideo inuiti loquimur, & tacere non possumus. Prædicatio enim nostra in plebe, aut regnum operatur, aut pœnam: regnum credulis, perfidis pœnam. *Sanctus verò Augustinus, tamquam verus Ambrosij imitator, sicut patet ex Possidonij verbis, ad extremum vsque vitæ spiritum concionatus est;* Verbum Dei vsque ad ipsam suam extremam ægritudinem impræmissè, alacriter, & fortiter, sana mente, sanoque consilio in ecclesia prædicauit. *Magnus hic præterea vir non solùm in dicendo frequens erat, sed plerumque etiam copiosus, et abundans eo tantum consilio, vt à scenicis ludis, et inanibus spectaculis populum auocaret. Nec irriti conatus: eum siquidem non tam imperitum vulgus, quàm nobilium etiam ordo, sum-*

S. Augustinus lib. 6. Confess. cap. 3.

S. Ambrosius Serm. 19 Dom. 6. post Epiph.

Augustinus Ambrosij imitator.

Possidonius in vita Augustini cap. 31.

mo amore prosequebantur, votisque illius obtemperare contendebant, et a suis verbis tamquam molli freno flectebantur in omnes gyros, prout illi studium erat et voluptas. Post hæc verò tempora, floruit Gregorius Magnus, cuius in concionando industria admirabilis planè fuit. Is enim licèt acutissimo stomachi dolore oppressus, ne Diuini tamen Verbi prædicatio intermitteretur, Homilias, quas ipse dictauerat, Populo legendas tradebat; Stationes per Basilicas, vel Sanctorum Martyrum cœmeteria, secundum quod hactenus plebs Romana quasi eo viuente certatim discurrit, solicitus ordinauit. Per quas & ipse simul discurrens, dum adhuc eloqui prævaleret, viginti homilias Euangelij coram ecclesiâ diuerso tempore declamauit. Reliquas verò, eiusdem numeri dictauit quidem, sed lassescente stomacho langore continuo, alijs pronuntiandas commisit. *Verùm, quod summopere est admirandum, vbi id genus eamque formam orationis non acceptam esse populo animaduertebat, nouam illico viam tentabat, nouumque inuentum, quo et sibi, et multitudini satisfaceret. Atque illius verba hæc sunt;* Multis vobis lectionibus, fratres charissimi, per dictatum loqui consuevi; sed quia lassescente stomacho, ea, quæ dictaueram

Gregorius Magnus in Euang. lib. 4. Hom. 21.

Joann. Diac. in eius Vita lib. 2. c. 18.

Gregorij in concionando industria.

ueram, legere ipse non possum, & quosdam vestrum minus libenter audientes intueor; vnde nunc à memetipso exigere volo contra morem, vt inter sacra missarum solennia, lectionem sancti Euangelij non dictando, sed colloquendo edisseram. *Nostra hic nos tempora deplorare, & immutatos mores detestari oporteret. Primùm igitur Gregorius concionabatur; morbo aliquo impeditus, imperabat alijs, vt res à se iam exaratas de scripto recitarent, hoc si quoque improbabat vulgus, Euangelicam historiam nulla verborum pompa explanare aggrediebatur. Qua quidem in re hic eximia sanctitatis Pontifex præclaros Cypriani mores et instituta voluit imitari, cuius verba hæc sunt, cùm de concionali officio loqueretur;* Hoc certè mei & operis, & muneris quotidianum votiuum negotium, absens licet, obtinere connitor, & per litteras præsentiam meam vobis reddere conor, dum vos solito more allocutionibus missis in fide interpello. *Præter hoc exemplum, antiquissimum illud habemus, quo satis apparet, scriptionem viuæ vocis partes expleuisse, cùm aliquo hoc impedimento retardaretur. Diuinus vates Ieremias adscito ad se Baruch, volumen illud dictauit diris in Iudaicam, & Israeliticam nationem exectra-*

. unido initio

Cyprianus lib. 2 de disciplina & bono pudic.

Scriptio viua vocis instar.

Ierem. c. 36. n. 2.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tionibus

tionibus plenum, confectoque opere, eidem imperauit, vt quæ in eo descripta essent, alta voce ad populum pronuntiaret. Atque in hunc modum præcipuo Cælestis Numinis iussu solennis hæc concio habita fuit. Sed de scriptione, quæ viua vocis officio fungebatur, paulò inferius sermo erit. Rursus circa hoc inflammatum concionandi studium satis exemplorum attulerimus, si, externis omissis, in tali re domestica recordabimur. Galdinus enim vita sanctitate clarus, et ampliſſimæ huius Ecclesiæ Archiepiscopus, adeò frequens erat in concionandi munere, tantoque orationis impetu, et charitatis ardore contra deprauatos quosdam homines, hæreticaque labe contaminatos ferebatur, vt in ipso suggestu semimortuus concideret, et intra paucas horas expirarit. Id à Sigonio in scriptis relictum est, Mediolani Galdinus Archiepiscopus, vt hæreticos quosdam tum præter solitum vehementer in Vrbe furentes compesceret, in ædem Sanctæ Teclæ se contulit, & quoniam ipse effœtis ob senium viribus erat, Algisium Pirouanum Cimiliarcham rem pro se diuinam facere iussit, ac mox confessione rite confratribus obita, ambonem ante Euangelij recitationem ascendit, ac multis verbis, frequenti audiente populo, Hæreticorum confutare errores

Galdini obitus.

Sigonius de Regno Ital lib. 14 Ann. 1176.

rores instituit. Verùm inter agendum viribus, animoque deficiens, corruit, exceptusque à fratribus in eodem loco post sacra perfecta magno cum omnium desiderio expirauit. *Quapropter viri, qui in diuino cultu, et gloria propaganda toti erant, mortem cùm verbi Dei prædicatione, et hanc vicissim cum illa coniungere minimè formidabant. Hic nos in memoriam reuocare oportet solenne illud miraculum, quod scriptum nobis reliquit Beatus Gregorius, dum in suis dialogis commemorat, Africanos episcopos elingues ac mutos concionatos esse, et in ipso concionandi munere extremum spiritum reddidisse. Magni Gregorij verba hac sunt;* Iustiniani quoque Augusti temporibus, dum contra Catholicorum fidem exorta à Vuandalis persecutio Ariana in Africa vehementer insaniret, quidam in dissensione veritatis Episcopi fortiter persistentes, ad medium sunt deducti. Quos Vuandalorum Rex verbis, ac muneribus ad perfidiam flectere non valens, tormentis frangere posse se credidit. Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur, raptus in furorem eorum linguas abscindi radicitus præcepit. Res mira & multis nota

Episcoporũ Afri. cæ miraculum.

Gregorius Magnus lib. 3. cap. 32.

senio-

senioribus : qui ita pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur, sicut prius loqui per linguam consueuerant. *Aetas quoque nostra Sanctum Carolum habuit concionantem tanto studio tantaque cura, vt commentando, et legendo, nocturna tempora diebus iungeret. Quin etiam, diuino, sicut arbitrari licet, nutu, accidit, vt ipsius concio, quam nos extremam audiuimus, incideret in sacrum Basilio diem, qua concione laudauit summum illum, et dicendi magistrum, et pastorem animarum, cuius praecipua religione tenebatur. Summa hiems erat, omniaque rigebant gelu, et opplota niuibus erant adeo, vt infrequens admodum esset concio, ipsoque etiam in amplissimo templo, tanto magis frigoris incommoda sentiret, ac solito squalidior, vix ad pronuntianda verba virium satis haberet. Vltimo tamen conatu Basilij laudes tentabat explicare dicendo, ac super omnia voluit ostendere, quemadmodum orator ille diuinus, cum redactus esset ad extremam vsque maciem, & praeter pellem, et ossa, vix quidquam haberet ex humano corpore, pergebat nihilominus pastoralis officij labores exhaurire. Satis opinor exemplorum attulimus ad huius instituti necessitatem; Patrum testimonia deinceps, auctoritatesque proferemus, vt quid viri sanctissimi senserint, intelligatur. Ea verò*

S. Caroli extrema Concio.

testi-

testimonia, non secus atque noua quædam exemplaria nobis erunt, ob eam nempe causam, quia Sanctorum facta consentanea fuere semper eorum orationi, vixque rem vllam tradidere verbis, quam non expreſerint actionibus, et vita.

DICTA, ET SENTENTIÆ Patrum.

Caput VIII.

Qui ritus in consecrando Pontifice seruabantur.

DIONYSIVS Areopagita, cuius auctoritas ob vetustatem est veneranda, præter alios in consecrando Pontifice ritus, tradit hoc fuisse solenne, vt illius capiti, qui foret initiandus, vtriusque Testamenti volumina superponerentur. Sunt autem hæc Areopagitæ verba; Summus quidem Sacerdos ad Hierarcam consummationem accedens, pede vtroque inclinans, ante conspectum diuini altaris, super caput habet à Deo tradita eloquia. *Is ritus, eaque caremonia satis declarat, ad episcopi pertinere munus et officium, vt populo sacra, diuinaque aperiat: nec ob aliam causam imponebatur capiti libri, quàm vt ea significaretur doctrina, quam in ipso minimè esse desidem et elinguem oporteret.*

Dionys. Areop. de Hierar. Eccles. cap. 5.

teret. Manet verò in hunc diem ea caremonia, idque hodie seruatur, sicut omnes libri Rituales commonstrant. Et quoniam in afferendis sacrorum doctorum auctoritatibus, commodiùs fore existimo, si temporum seriem, non rerum argumenta, & ordinem prosequamur, vt inde videlicet magis appareat, Ecclesiam olim habuisse episcopos concionantes, et hunc praclarum concionandi morem semper retinuisse: propterea ego ea tantùm referam, qua litterarum monumentis consignauit Clemens Romanus, dum sic habet;

Clemens Rom. Epist. 2 ad episcop. & Clerie. de Sacerd. offic.

Vos qui sacerdotio Domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, vt subditos vobis populos pleniter docere possitis. *Paulò etiam inferiùs;* Propter quod consilium do vnicuique vestrum constanter docere verba diuina, & discentibus libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione Domini fungimini, est docere populos, eorum verò est, vobis obedire, vt Deo. *Rursus etiam post hac subdit;* Audire ergo eum (episcopum scilicet) attentiùs oportet, & ab ipso suscipere doctrinam Fidei. *Deinde verò, ad episcopos orationem conuertens, eos hunc in modum alloquitur;* Non vos pigeat secundum sapientiam, quæ vobis per Dei prouidentiam collata est, instruere ignaros, & docere. *Hinc*

satis constat, qua virtute, ac doctrina ornatum esse episcopum deceat, cuius proprium, et suum munus est, docere populum, bonisque moribus, et doctrinis erudire. Hinc licet perspicere, ecclesiæ præsules esse veros Dei nuncios, et iis præsertim datum esse lingua vsum, vt loquendo, populo tradant, exponantque diuina. Ecqua concionatoris verba tàm benignè, et attentè excipienda, quàm ea excipi solent, qua ab episcopo concionante pronuntiantur? Huius ab ore pendent omnes, et hunc dicentem omnes attentissimis animis audiunt. Accedit huc Gregorij Nazianzeni sententia, qui narrat, æstuasse populum sua orationis desiderio, ac siti, cùm ipse ægrotaret. Sunt autem hæc ipsius verba, Qui prius quidem sermonibus nostris, quos de Trinitate habebamus, exultabat: nunc verò, vt puerulus à lacte auulsus in vlnis parentis suæ, siccam mammam arentibus labris incassum fugit: sic ipse quoque à lingua mea pendet, fontis illius nostri, multis ante fluentis desiderio æstuans, cuius nunc nec perexiguam auribus guttam haurit. Alij quidem dulcem vndam fundunt: interim tamen auditores paterna voce orbati animo discruciantur. *Hinc manifestè apparet, quo consilio, quaue hortatione monentur ecclesiæ antistites, ne in re*

Episcoporũ proprium munus.

Gregor. Nazianzenus Tract. in Morbum.

tanti ponderis ac momenti desides, vtquam sint ignauique sedeant. Constitutionum verò Apostolicarum auctor, quem eundem Clementem esse dicunt, si eum tamen illa verum, germanumque auctorem agnoscant, alibi hæc refert. Sit igitur episcopus eruditus, vsu sermonis exercitatus, ætate inclinante. *Quo quidem in loco tres præcipuas conditiones ad pastorem animarum pertinentes, ab oculis ponit. Neque enim eum tantummodo verba facere ad commissum sue tutele gregem iubet, sed in ipso etiam concionandi studio perfectum esse requirit. Quæ sanè exercitatio non minoris in episcopo æstimanda videri solet, quàm ipsa sit bonarum artium cognitio, maturumque ætate iudicium. Tum idem alibi ait,* Sit contentus commodo cibo, & potu, vt qui sufficiat, possit sobrius esse ad reprehendum imperitos. *Quæ verba ad episcopum conferuntur. Paulò post etiam subdit,* Sit malorum tolerans, magna patientia in monendo. *Et ad extremum capitis hæc addit,* Habe igitur curam verbi, episcope, vt possis omnia secundum verbum interpretari, ac multa doctrina populum tuum copiosè enutrias, & illustratione legis illumines. *Quæ verba satis declarant, posse plurimum siue in victu, siue in cultu corporis mediocritatem. De qua quidem viuendi*

Lib. 2. c. 1 Const. Apostolic.

Ibid. cap. 4.

In cultu corporis mediocritas.

moderatione referam illud, quod de Sancto Cypriano magni nominis concionatore habetur hisce verbis; Nec seueritas tristis, nec comitas nimia, sed admista vtrinque temperies. *Paulo què inferius*; Sed nec cultus fuit dispar à vultu, temperatus, & ipse de medio. *Hinc etiam manifestè patet, quem in victu modum seruare concionatores maximè oporteat, sobrium videlicet, ac temperatum. Quocirca graui reprehensione digni habentur ij, qui in toto suarum concionum cursu minùs sobriè parcèque minùs, quàm antea viuunt. Concionatorem preterea assiduum esse in concionando requirimus, & in labore patientem; nam ad vitium radicitus extirpandum iterata sæpius oratione indigemus, et excelsa quadam, constantique animi magnitudine. Quare animaduerti ea præsertim verba eiusdem libri secundi Constitutionum Apostolicarum capitis sexti, in hunc modum, postquam episcopi proprium esse concionandi munus, tradiderunt, orationem terminare*; Si enim non denuntiatum, & testatum populo erit, peccatum ignorantium adscribetur vobis. Quocirca eos, qui extra disciplinam versantur, monete, & audacter, ac liberè arguite, ignaros docete, scientes roborate, aberrantes in viam reducite. *Illud etiam apud eundem scriptorem*

Sanctus Discensus in eius vita.

Lib. eodem cap. 59.

Episcoporū munus.

Vetus cōcionandi consuetudo.

torem solenne est, notatuque dignum, quod veterem in concionando episcoporum consuetudinem declarat hisce verbis; Rogabisque eum episcope, *eum nempe, qui veluti nouus hospes ad te venerit*, vt sermonem habeat apud populum docendi causa; est enim adhortatio, & monitio hospitum grata, & mirum in modum vtilissima. *Qui praclarus sanè mos, nec nisi è diuina charitatis fonte emanans, adeo commune episcopis hoc esse officium demonstrat, vt ad dicendum aquè omnes inuitarentur, cùm in ea arte versati omnes essent, & exercitati. Circa verò frequentem diuina predicationis vsum, nullus dubitandi relinquitur locus, quin episcopi olim spectata vite, morumque innocentia insignes, huic officio toti dediti essent, illudque quotidie interdum susciperent, sicuti ex sequenti locorum serie colligi facilè poterit, interdum etiam bis eadem die concionarentur; Atque id patet ex proxima hac auctoritate, et testimonio;* Cum autem doces, episcope, iube, & mone populum frequentare quotidie ecclesiam, mane, & vespere. *Ex qua sententia ac testimonio colligi facilè potest summam fuisse episcoporum auctoritatem, & imperium in populos; nam suis inuasionibus eos vrgebant ad pastorum sacra verba solicitè excipienda, et simul sincerum animum*

Lib. eodem cap. 58.

Lib. eodem cap. 59.

Episcoporũ auctoritas.

mum indicabant, pusillanimitate omni superata, et humano quouis timore neglecto. Id praestare alij concionatores si assiduè vellent, rem fortasse aggrederentur minimè aptam personæ, quam ipsi sustinent. Talia siquidem inuitamenta eos merito iure tantùm decent, qui singulari quodam imperio, diuinaquè potestate veniunt ad concionandum. Post hæc verò tempora, non multi intercessere dies, cùm Anacletus Papa præscripsit modum, quo videlicet ad hominum multitudinem concio habenda esset, vt ex ea magni fructus et vtilitates constarent; Percussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum: ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes, atque rectam fidem tenentes consolidare. *Institutum præterea illud, quo diaconi episcopis assistere iubentur, Euaristi Pontificis Maximi fuit, quemadmodum ex hisce verbis patet*; Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquomodo infestetur, aut lædatur à suis,

Anacletus Papa Epistola 2. ad Episcopos Ital.

Diaconi assistentes episcopo.

Euaristus Papa ad episc. Africæ epist. 1.

aut

aut verba diuina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur, sed veritas spirituali redoleat feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate concordet: *Atque id vnum Damasus Papa hisce verbis confirmat*; Septem Diaconos ordinauit, qui custodirent episcopum prædicantem propter stylum veritatis: *Quam præclaram consuetudinem institutam fuisse arbitror eo præsertim consilio, vt diaconi temerarios eorum conatus confringerent, qui fortasse in episcopum insurgere poterant, & ab eo veluti acerrimi defensores omnem propulsarent iniuriam; deinde verò, vt testes ipsi essent episcopalis doctrinæ; demum, vt diaconis assistentibus Antistitum dignitas, & amplitudo magis conspiceretur. Ita profecto maximè decebat, vt episcopi nimirùm persona circumsepta videretur, non secus ac magni Principes solent, quos seruorum turba et armata hominum phalanges vbique comitantur et cingunt. Tum idem Pontifex Euaristus sic alibi ait*; Episcopum verò oportet opportunè, & importunè, atque sine intermissione ecclesiam suam docere &c. *Et paulo post*; Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere vt legatum Dei, & præconem veritatis. *Quæ sanè documenta, optarem ego vehementer,*

Damas. lib. Pontif. de Euar.

Epist. a omnibus per Aegyptum Domino congluinatis fratribus,

menter, vt pontificum animis altiùs inhærerent, ipſique inſuper eſſent eorum memores ad eum planè modum, quo iam præceperat Deus, cùm de ſua Lege loqueretur; Et meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & monebuntur inter oculos tuos, ſcribeſque ea in limine & oſtijs domus tuæ. *Quapropter in eos populos grauiter eſſet animaduertendum, qui paſtorem loquentem ita audiunt, ac ſi peregrinum, et aduenam auſcultarent, quinimò minore etiam honoris, & attenti animi ſignificatione. Nam hunc de ſuggeſtu loquentem interdum abhorrere ſolent, et malunt ſuperbi, vanique concionatoris leuiſſima, et ſcurrilia dicta excipere, quàm ſimplicia, et ſanctiſſima ſui paſtoris documenta. Quæ deprauata conſuetudo non fuerat apud primeua Eccleſiæ alumnos, quemadmodum ex huius loci, et aliorum teſtimonio apparet. Verùm, illud vitium, et ea labes fortaſſe irrepſit in populos ingenti concionatorum numero, quorum plerique, ſicut in dies experimur, concionalem hanc artem exercent non ea, qua deceret, grauitate, et morum innocentia. Ad ea deinde Euariſti verba adnecti poterunt illa Symmachi primi, dum ita ait*; Væ enim erit nobis, qui huius

Deut. cap 6 u. 7. & ſeq.

Prauа populi cõſuetudo.

Symmachus in Syn 6. Rom.

ministerij onus susceptum habemus, si veritatem Domini Iesu Christi, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularijs iubemur; ideſt Christianos populos imbuere, & docere quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cùm de commissis nobis animabus, & de officio suscepto rationem iustus iudex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo nos oportet semper nociua resecare, & auxiliante Domino profutura erigere. Vnde obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, consulendo, prodesse quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, vt quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus.

CYPRIANVS, ATHANASIVS, & Marcus.

Caput IX.

MEMORABILE *praterea illud est, quod de Cypriano Pontius Diaconus refert hisce verbis;* Tanta illi fuit sacri cupido sermonis, vt optaret sic sibi passionis vota contingere, vt dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. *Immo Cyprianus idem de se ipso loquens, hac protulit verba;* Aliquas officiorum meorum partes non æstimo præteriisse, dum semper enitor vel maximè quotidianis Euangeliorum tractatibus, aliquando vobis fidei, & scientiæ per Dominum incrementa præstare. Quid enim aliud in Ecclesia Domini vtilius geri, quid accommodatius officio episcopi potest inueniri, quàm vt doctrina Diuinorum per ipsum insinuata, collataque verborum possint credentes ad repromissum Regnum peruenire Cælorum. Hoc certè mei & operis, & muneris quotidianum votiuum negotium, absens licet, obtinere connitor, & per litteras præsentiam meam vobis reddere conor, dum vos solito more allocutionibus missis in fide interpello. *Quæ sanè*

Pontius Diac. in eius Vita.

Cyprian. de Discipl. & bono pudic.

verba possunt nobis facem ad multa praeferre. Hinc primum apparet, quam frequens, et assiduus esset in concionando Cyprianus; singulis enim diebus ad populum concionabatur; deinde, nihil esse vtilius, nihilque episcopali officio accommodatius, quam praesulem in eo totum esse, vt Christifidelibus arcana Dei mysteria exponat atque aperiat; denique, Cyprianum numquam quouis humano impedimento fuisse auocatum à quotidiano dicendi negotio; tali enim nomine ipsum concionandi munus appellabat, et eundem interdum absentem, per litteras officij sui partes expleuisse, vt inde animaduerterent omnes, nihil eum potuisse ab hoc vtili, et perneccessario munere reuocare. Sed de hoc inferius abunde satis disserendum. Huc accedit Athanasij auctoritas, qui hac verba habet; Ex quo

Athanasius Epistola ad Dracontium Episcopum fugientem.

episcopus factus es, populi expectant, vt cibum illis feras ex doctrina scripturarum. *Deinde hac habet;* Iam igitur siue sis gracili voce, siue impediti ori lingua, vetere semper eum, qui te ita finxit, Deum, siue te nimis iuuenem dicas ad praedicationem, metue tamen eum, qui priusquam formareris, nouerat te. *Et in fine demum Epistolae sic ait;* Quis enim ijs Pascha euangelizabit, si tu absis? Quis illis euangelizabit diem Resurrectionis, si tu lateas? Quis

illis

illis consilia monstrabit, vt rite epulentur, si tu fugias? *De ijs verò excusationum velaminibus, quibus suam episcopi, sicut anteà diximus, desidiam contegere coguntur, sermonem alibi instituemus. Illud hoc loco solùm meminisse vnumquemque oportet, populos videlicet episcopalem concionem ita auidè appetere, ac si fame dominante, cibum expectarent. Atqui reperientur episcopi tam immites, vt cibum eis suppeditare nullum velint? Ex tua, inquam, non ex aliena manu pabulum petunt, et voles ipse spem eorum ludificari? Quasi nullus alius aptus huic muneri sit præter te vnum, satis ea verba indicant;* Quis enim ijs Pascha euangelizabit, si tu absis? Quis illis euangelizabit diem Resurrectionis, si tu lateas? Quis illis consilia monstrabit, vt rite epulentur, si tu fugias? *Hæc ipsius Athanasij verba sunt: mox ea referamus, qua in eandem sententiam idem per litteras accepit.* Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem Domini Iesu Christi, quam Apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui erogare nummularijs iubemur; ideſt Christianos populos imbuere, & docere quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem

In rescripto Marci P. ad Athanasium, ad omnes Aegyp. Episc de missione Capitulorum Nicæni Concilij.

Silentij & taciturnitatis dãna.

tem confundimur prædicare. *Quæ quidem omnia episcopo desidi grauiter minantur, statuunt, que episcopum silentio et taciturnitate nil aliud efficere, quàm ipsam obscurare, et opprimere veritatem, et ea denegare populis, quæ suo ipsi iure deposcunt; ac deinde huius silentij culpam adeo grauem esse, vt apud supremum Iudicem nullam fere inuenerit excusationem.*

HYLARIVS, AMBROSIVS, & Chrysostomus.

Caput X.

SED D. alio gradum faciamus. Diuini Verbi prædicatio tanti erat apud Hylarium, vt hanc ipse proprium, et necessarium episcopi munus his ce verbis appellauerit. Ac mihi quidem præter studij mei, atque officij necessitatem, qua hoc Ecclesiæ episcopus prædicationis Euangelicæ debeo ministerium, tamen eo propensior cura ad scribendum fuit. *Viri sanctitate vitæ insignes, dicendi vsum et exercitationem cum scribendi studio, et hoc vicissim cum illa sapiùs coniungebant; ex quarum inter se rerum connexione vberrimi fructus colligebantur. Hanc eandem viam iniisse Apostolum eximium, summum-*

Hylarius lib. 6. de Trinit.

Diuini Verbi prædicatio quãti apud Hylarium.

mumque concionatorem animaduertimus, eundemque ſæpius in memoriam reuocaſſe ea, quæ olim inter concionandum pronuntiauerat; Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non ceſſaui cum lacrymis monens vnumquemque veſtrum. Act. cap. 20. v. 31.

Concionãdi neceſſitas.

Verùm vlterius etiam progrediamur: Ambroſius noſter glorioſæ memoriæ parens ſupra cæteros auctores, concionandi neceſſitatem Eccleſiæ præſulibus impoſuiſſe viſus eſt hiſce verbis; Vobis quaſi liberis tradimus, quæ ſpiritus ſapientiæ manifeſtauit nobis, cùm iam effugere non poſſumus officium dicendi, quod nobis refugientibus impoſuit ſacerdotij neceſſitudo. Ambroſius lib. 1. de offic. cap. 1.

Quocirca bonis temporibus Patres, non gloriæ inanis cupiditate, non quodam temerario impetu, ſed ſola ſtimulante neceſſitate, concionalem hanc artem factitabant. Quam profectò, ſicut ego arbitror, minimè tractaſſent, ſi alius ſuo muneri plane ſatisfaciendi locus relictus eſſet. Non minoris etiam momenti atque ponderis ea videntur eſſe Damaſi Pontificis verba, quæ tamquam ſupremus omnium Paſtor ſcripta reliquit; Ipſi (Sacerdotes nempe) nutriant, ipſi domino ſuo fructum cum vſura reddant, fructuoſoſque manipulos ei cum gloria repræſentent: Nam ſi Dominus leproſos, inter cæteras ouium ſuarum Damaſus Papa Epiſt. 5.

curas

curas tetigit, & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? aut cur nos ipsi, qui pastorale officium suscepimus, alijs alendas tradimus? maximè cùm Dominus Petro præceptori nostro dixerit; Si diligis me, pasce oues meas &c. *Et post alia;* Nam & Beatum Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus; Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi; nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam; quidquid furtò peribat, à me exigebas; die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat, & vigilat qui pascit oues Laban, quanto labore, quantisque vigilijs debet intendere qui pascit oues Dei? *Nos verò licèt veri pastoris partes sustineamus; quium tamen curam, ne fame pereant, alieno custodi relinquemus, qui earum curam neget ad se pertinere? Hunc in locum Damasi recordatione, et memoria, cogimur ea verba transferre, quæ Sanctus Hieronymus habet epistola illa ad Oceanum, quam et Concilium Aquisgranense sub Stephano Papa V. Capite vndecimo refert;* Quòd autem doctrina à sacerdotibus, *inquit magnus doctor*, expetatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum pleniùs scribitur; innocens enim,

Iom. cap. 21. n. 15.

Gen cap. 31. n. 38. & seq.

Hieron. Epist. 83.

enim, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet: nam & latratu canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. *Quæ sanè verba non mediocrem afferunt admirationem, dum apertè significant, pastores suo exemplo parum, aut nihil gregi prodesse, si utantur silentio, torpeantque lingua. Ego quidem optarem vehementer, vt non tam episcopi, quàm vniuersi sacerdotes Chrysostomi eloquentissimi viri librum de sacerdotio accurata meditatione euoluerent, et ea animo pertractarent attentissimè, quibus præsertim monet episcopos concionalem artem exercentes, vt sint liberi ab omni gloriæ inanis cupiditate, penitusque positi extra superbiæ labem. Inde præterea præclarissima res haurientur, quibus abundare illius consuetit oratio. Hunc in locum totidem ego verba transferre meditabar: sed ob eorum vbertatem, commodius fore existimaui, si ea ipsa in ipso fonte degustanda relinquerentur.*

Chrysost. legendus.

AVGVSTINVS, PROSPER, Cæsarius, Fulgentius, Gregorius Magnus, & Nicolaus.

Caput XI.

DETRIMENTA verò, *quæ secum pastoralis in concionando negligentia affert, satis ea Augustini verba demonstrant, Sunt autem huiusmodi;* Quid est fratres? Videtis quàm sit tacere periculosum? Moritur ille & rectè moritur, in impietate, & in peccato suo moritur; Sed cum fuerit negligens, non admonente illo, qui ad hoc est præpositus, & speculator vt admoneat, & ille iustè moritur, & iste iustè damnatur. *Paulòque post subdit;* Propter hoc ad nos quidem pertinet non tacere, ad vos autem si taceamus de Scripturis sanctis verba pastoris audite. *Idemque Augustinus quasi consimilem alium locum profert;* Non nos permisit in obscuritate lectionis excusare negligentiam nostram. Posui te ergo, inquit, exploratorem. Si dixero peccatori, morte morieris, & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit: ille quidem in peccato suo morietur dignè, & iustè, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu dixeris peccatori, morte morieris, & ille se non obseruauerit:

Augustin. in libro de Pastoribus, cap 9. In illa Ezech. Moritur impius in impietate sua.

Augustin. Homil. 25.

uauerit: ille in iniquitate sua morietur, tu verò animam tuam liberasti. *Ergo animarum interitus, & vltimum discrimen, in quod illa veniunt propter peccati labem, silentio et taciturnitati episcopi plerumque est attribuendum. Quapropter hæc episcopi culpa grauis quidem est, sed propter irreparabile damnum, quod animabus infert, grauissima. De quo discrimine, quod animabus imminet ex episcopi in concionando desidia, rursus alibi Augustinus hæc apertius ad populum habet*; Ecce ego facio quod ibi audiui. Si non discreueris, inquit, iustum: Si non dixeris peccatori, morte morieris, & ostenderis illi, vt recedat ab iniquitatibus suis: ipse quidem in peccatis suis morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Dico vobis, libero animam meam; in magno enim sum non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero, sed cùm ego dixero, & impleuero officium meum, vos iam attendite periculum vestrum. *Libro deinde à nobis superiùs de pastoribus citato, hæc sententia habetur, quamuis prolixiori sermone contineatur*; Episcopus non blandiatur subditis, sed doceat aperte, quæ ad consequendam æternam felicitatem pertinent. *Hunc eundem ferè locum, vti magni ponderis, et momenti refert Concilium Aquisgranense, capite duodecimo. Quapro-*

Damna ex episcopi silentio.

August. Homil. 28. in Ezech. cap. 33.

ter nescio ego, an episcopi aliorum ope, et industria praclari huius documenti vtilitatem obtinere valeant, simulque possint sine fuco, sine vlla rerum humanarum cura, sine pompa inani, ad populum sincera veraque pronuntiare. In quo quidem vitio, et calamitate plerique nostra ætatis mercenarij concionatores ita versantur (tali enim eos nomine dignos censemus, si cum episcopo aquiparaueris) vt se maximè molestos prabeant auditorum animis. Interim omnes ab eorum concione sese auertunt, quamuis neque cibum, neque potum ad famem, sitimque explendam, opportunum et accommodatum reportarint. Circa verò orationis ornamenta, et elegantiam, consideranda ea sunt, qua grauiter, ac verè aliquis dixerit; Tam simplex & apertus, etiam si minus latinus, disciplinatus tamen, & grauis sermo debet esse pontificis, vt ab intelligentia sui nullos quamuis imperitos excludat, sed in omnium audientium pectus cum quadam delectatione descendat. Quare timor ille, siue metus, quo velati frano impediuntur episcopi, quominùs veniant in suggestum, nullo modo iusta potest reprehensione carere. Meminisse ergo eos maximè oportet eorum, qua parens eloquentia Chrysostomus libro quinto de sacerdotio, litteris mandauit; Oportet igi-

Concionatores mercenarij

§. Prosp. de vita contempl. lib. 3 cap 23.

Timor episcopi in dicendo.

Chrysost lib. 1. de Sacerdotio.

tur,

tur, *inquit*, similiter episcopum erga subditos affici, vt si pater erga liberos suos admodum infantes afficeretur. *Idemque paulò post subiungit, non adeo tanti esse nuram, laudesque pueriles faciendas, vt alios reddant inanis gloriæ cupidos, superbos alios. Cauendum vtique est concionatori, ne se se animo commoueat ex aliorum dictis, siue ea laudem contineant, siue reprehensionem. Attentos præterea animos, populi præsertim, qui Christianam Religionem colunt, & profitentur, concionanti episcopo præbere deberent, cùm ad eorum vtilitatem ac fructum tota illius conuertatur oratio. Hunc omnino ad finem Cæsarij Arelatensis episcopi verba spectant.* Sicut à nobis Dominus pro suscepti officij necessitate loquendi deposcit officium, ita à vobis, chariſſimi, audiendi requirit affectum. Ita, inquam, charitati vestræ expedit his, quæ pro salute vestra dicimus, obedire, sicut nobis imminet non tacere. Nam si nos offensam metuimus de silentio, quantò magis vos tamē eam debetis expauescere de contemptu? Si, inquam, nobis grande periculum est aliena peccata non arguere, quantò periculosius est propria nolle corrigere. *Quæ sanè verba vellem ego populorum animis insiderent, & eorum præsertim, qui eodem studio, eademque attentione episcopum concionantem* Cæsarius Hom. 27.

nantem audiunt, qua alterum ex concionatorum turba, perinde atque si nullum discrimen faceret inter vtrumque dicentem episcopi grauitas, & amplitudo. Absurda res est, et debito erga proprium pastorem cultui planè contraria. Hoc nostra quoque ætate contingere illud videtur, vt episcopales conciones non ea prorsus honoris, attentique animi significatione, qua maximè decet, ab auditoribus excipiantur. Quod vitium, quæve labes suum fortasse duxit initium ex silentio, & diuturna episcopi taciturnitate; qua deinde factum est, vt populi suos ecclesiæ præsules, tamquam proprios germanosque doctores, à quibus instituantur, ferè non agnoscant. Proxima quoque huic ætas Fulgentium tulit, qui hæc verba litteris consignauit; Non ideò quilibet episcopus vas misericordiæ putetur in gloriam præparatum, quia pontificali militia fungitur; sed si pro grege sibi credito solicitus semper inuigilet, prædicet verbum, instet opportunè, importunè, arguat, obsecret, increpet in omni patientia, & doctrina. *Nunc tandem ad ea tempora sumus dilapsi, quibus floruit Gregorius Magnus, vir in concionando eximius, ex cuius ingenij monumentis præclara quædam documenta colligentur. Magnus hic vir, in eo libro, quem pastoralem inscribit, apertè ostendit,*

Fulgentius de veritate prædestinationis. lib. 2.

Gregor. Magnus in præfat. par. 3.

concio-

concionalem artem ab episcopo esse pertractandam. Neque sermonem hac de re ei instituere placuisset, si in eo positas esse præcipuas episcoporum partes minimè censuisset, vt subiectos populos docerent, atque erudirent. Tum idem auctor ex veteris Legis auctoritate ac testimonio, rem eandem hisce verbis confirmat; Tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur, vt videlicet prædicationis voces habeat, ne superni inspectoris iudicium ex silentio ostendat, Scriptum quippe est, vt audiatur sonitus, quando ingreditur Sanctuarium, vel egreditur in conspectu Domini, & non moriatur. *Idem rursus hac alibi habet*; Clama ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam, præconis quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit &c. *Et post pauca*; Sacerdos verò si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? *Hæc totidem verba referuntur à Concilio Aquisgranensi sub Stephano Papa Quinto, et ni mea me fallit opinio, ab eodem etiam Gregorio. Huius præterea viri in concionando labor, et assiduitas satis agnoscitur ex iis verbis, quia ad alios scripserat*; De prædicationis semper ministerio episcopus cogitet, intentissimo timore considerans, quòd recessurus ad percipiendum re-

In 2. par. cap. 4.

Lib 1 Regist. cap. 24.

Capit. 13.

Lib. 2. Regist. epistola 29 indictione decima ad Domin. Epis. Carth.

gnum

gnum Dominus, talenta ſeruis diſtribuens, dicat, negociamini, dum venio, quod profectò negocium tunc verè nos agimus, ſi viuendo, & loquendo proximorum animas lucramur; ſi infirmos quoſque cæleſtis regni gaudia prædicando in ſuperno amore roboramus; ſi protetuos, ac tumidos gehennæ ſupplicia terribiliter inſonando flectimus. *Verùm, ne epiſcopi ab hoc concionandi munere impediantur, ac retardentur exigui fructus recordatione, quem ex ſuis ipſi verbis conſtare putant, audiant hæc, quæ in hanc ſententiam Magnus idem Gregorius litteris mandauit;* Imperatorem verò Perſarum etſi non fuiſſe conuerſum doleò, vos tamen eiChriſtianã fidem prædicaſſe omnimodo exulto, quia etſi ille ad lucem venire non meruit, veſtra tamen ſanctitas prædicationis ſuæ præmium habebit. *Demum verò, ea etiam extant Nicolai Pontificis verba, quorum breuitas rem magis auget, eique addit maieſtatem. Sunt autem hæc;* Diſpenſatio eſt nobis cæleſtis ſeminis iuncta, væ, ſi non ſparſerimus; væ, ſi tacuerimus. *Iam verò ſatis exemplo, et auctoritate comprobatum eſt, pios, religioſoſque olim homines in ſcribendi, aut concionandi ſtudio totos fuiſſe; nunc oportebit, vt ex auguſtiſsimo Patrum conſeſſu auctoritates etiam, et teſtimonia*

Domiciano Metr. politano lib. 1. Regiſt. epiſt. 63 Indict. 11.

Diſt. 43. cap. 5.

conqui-

conquiri, quibus res tota clarior et apertior reddatur. In ijs tamen afferendis ordinem temporum custodiemus, quo præclara hæc nobis consilia, & monumenta tanti nominis viri reliquere.

DE APOSTOLORVM PRÆCEPTIS; De Concilio Carthaginensi, & Sardicensi.

Caput XII.

TANTI olim ponderis erat, et momenti hoc episcopale concionandi munus, vt grauissima eos pœna maneret, qui huiusmodi negotium neglexissent. Apostolici autem Canonis sententia sic se habet; Episcopus, vel presbyter, qui populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, segregetur, & si in socordia perseueret, deponatur. *Seuerum sanè nimis præceptum, et adeo aspera pœna, vt nulla seuerior et rigidior culpam aliam, quamuis grauissimam, comitetur: nam vltimo supplicio improbum aliquem punire, minimè consueuit nostra Mater Ecclesia. Quapropter ex huius pœna acerbitate, sua culpa grauitatem agnoscere episcopos oporteret, qui, sicut ego arbitror, cùm leue esse hoc peccatum putarent, aut numquam, aut rarissimè ad mul-*

Can. 58.

Pœna in Episcopos nõ concionantes.

titudinem verba habuerunt, quamuis longiſsima temporis decurſu imperitarint. At enim dices fortaſſe aliquis: ad explendas noſtri muneris partes, alienam nos operam adhibemus, alienoque vtimur labore, et induſtria. Huic reſponſioni, licet paulò inferius planè nos ſatisfacturi ſimus hoc loco tamen aſſentiamur, neceſſe erit, ſi hanc libertatem ab eo vetuſtiſsimo Canone ſibi factam demonſtrabunt; ſique item comprobabunt, eandem omnino afferre vtilitatem et fructum aliorum concionatorum monita, et conſilia, quem ipſi afferrent, ſi ad populum concionarentur. Quod tamen alieno labore poſſe conſequi difficillimum eſſe arbitramur, et à veritate ipſa alienum, ſicuti paulò poſt demonſtrabimus. Hac deinde in Concilio Carthaginenſi quarto verba habentur; Epiſcopi, vel presbyteri ſi cauſa viſitandæ eccleſiæ ad alterius eccleſiam venerint, in gradu ſuo ſuſcipiantur, & tam ad verbum faciendum, quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur. *Iam antea de hac praclara conſuetudine, qua olim ad concionandum paſtores animarum, et magiſtri ſalutis inuitabantur, mentionem habuimus, & ad eandem confirmandam Auctoris Conſtitutionum Apoſtolicarum teſtimonio, et auctoritate vſi ſumus ex Libri ſecundi capite quinquageſimo octauo petita,*

Innis Epiſcopi excuſatio.

Concil. Carthag. cap. 33.

Paſtores ad concionãdum inuitabantur.

Ex quo quidem fonte, facilè adducimur ad credendum, vt hæc ipsa Concilij Carthaginensis verba hausta fuerint, cùm Maiorum præclaros, laudabilesque mores imitari Sancta Matri Ecclesia solenne semper esset. Illum ipsum morem successione temporum duraſſe, et inuiolatè fuisse custoditum Ioannes Zonara confirmat; Né liceat episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, ciuitate publicè docere. Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, ab episcopatu desistat, presbyteri autem munere fungatur. Canō. 10. 6. Syn. Trull.

De hoc item argumento Concilium etiam Sardicense, capite vndecimo loquitur. Osius Episcopus dixit; Hoc quoque definire debemus, vt quando episcopus ex alia ciuitate in aliam ciuitatem, vel ex alia prouincia in aliam prouinciam accesserit, iactationis gratia proprijs laudibus seruiens, vel religionis sanctificationi: & velit longiori tempore illic agere: illius autem ciuitatis episcopus doctrinæ non fuerit peritus, ne illum despiciat, & frequentiùs concionetur, studens dedecore afficere, & vilipendere personam episcopi. Hic enim prætextus solet turbas excitare, & eiusmodi calliditate alienam sedem sibi conciliare, & attrahere studere, cum non dubitet sibi traditam ecclesiam relinquere, & in aliam transire. Ad hoc

ergo, tempus definiendum est: nam episcopum non recipi, inhumanum, & inciuile existimatum est. Recordemini autem, patres nostros in tempore præterito iudicauisse, vt si quis laicus in vrbe agens, tribus diebus Dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet, nec conuenit, sed neque est vtile, episcopum, si nullam habet grauiorem necessitatem, vel negotium difficilius, longiùs à sua abesse ecclesia, & sibi commissum populum dolore affi-cere. Omnes episcopi dixerunt, hanc quoque sententiam esse conuenientissimam.

DE

DE CONCILIO MATISconensi, Braccarensi, & Trullano.

Caput XIII.

Pastoralis concionis pars.

EPISCOPALIS autem concio in eum plane modum habebatur, de quo nonnulla Concilium Matisconense refert hisce verbis; Diebus dominicis &c. & reliquis solennitatibus &c. vos Apostolici Pontifices iungentes vobiscum consacerdotes vestros, & filios seniores Ecclesiæ, ac iudices locorum quoscunque agnoscitis, quos vitæ qualitas honesta commendat, ità vniuersam populi multitudinem constanti, vel Deo placita iugiter prædicatione corrigite, vt & bene viuentes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat. *Ex quibus præclarissimis verbis, animaduerti ego, veterem esse eam consuetudinem, qua clerus vniuersus ad episcopum audiendum primus conueniebat: vt nimirum ex dicendi illius forma, præter doctrinam, quam hauriebat, animum quoque pari studio, et charitatis ardore inflammaret, suoque vniuersum exemplo populum ad præclara laudabi-*

Gunthramnus Rex Francorum ad Synodum Matisconensem a.

Episcopi vita concionis.

Clerus episcopū dicentē audiebat.

Conc. Bitc. 8. cap. 2.

ergo, tempus definiendum est: nam episcopum non recipi, inhumanum, & inciuile existimatum est. Recordemini autem, patres nostros in tempore præterito iudicauisse, vt si quis laicus in vrbe agens, tribus diebus Dominicis in tribus hebdomadibus non conueniat, is communione moueatur. Si hoc ergo de laicis statutum est, non oportet, nec conuenit, sed neque est vtile, episcopum, si nullam habet grauiorem necessitatem, vel negotium difficilius, longiùs à sua abesse ecclesia, & sibi commissum populum dolore afficere. Omnes episcopi dixerunt, hanc quoque sententiam esse conuenientissimam.

Cano. 6. Syn. Trull.

DE CONCILIO MATISCONENSI, Braccarensi, & Trullano.

Caput XIII.

Episcopalis concionis pars.

EPISCOPALIS autem concio in eum plane modum habebatur, de quo nonnulla Concilium Matisconense refert hisce verbis; Diebus dominicis &c. & reliquis solennitatibus &c. vos Apostolici Pontifices iungentes vobiscum consacerdotes vestros, & filios seniores Ecclesiæ, ac iudices locorum quoscunque agnoscitis, quos vitæ qualitas honesta commendat, ita vniuersam populi multitudinem constanti, vel Deo placita iugiter prædicatione corrigite, vt & bene viuentes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat. *Ex quibus præclarissimis verbis, animaduerti ego, veterem esse eam consuetudinem, qua clerus vniuersus ad episcopum audiendum primus conueniebat, vt nimirum ex dicendi illius forma, præter doctrinam, quam hauriebat, animum quoque pari studio, et charitatis ardore inflammaret, suoque vniuersum exemplo populum ad præclara laudabi-*

Gunthramnus Rex Francorum ad Synodum Matisconensem a.

Episcopi vitæ concionem.

Clerus episcopū dicentē audiebat.

Conc. Bracc. 2. cap. 1.

laudabiliterque agendum incitaret. Noſtra hac tempora praclarum hunc morem non plane cuſtodiunt, ſiue id epiſcoporum ſocordiam coarguat, ſiue incuriam ſacerdotum. Animaduerti prateréà, paſtoralis concionis duas eſſe partes, lenem alteram, et mitem; fortem alteram, et aſperam. Illa ad piorum, religioſorumque hominum animos pertinebat; altera verò adeos, qui in flagitiorum cœno et ſordibus iacerent. Quapropter epiſcopi orationem in eo ſemper immorari minimè oportet, vt vitia deteſtetur, ſed vt facem etiam præbeat, qua maiores in virtute progreſſus habeantur. Talem enim curam epiſcopum decet, tamquam orandi, et contemplandi magiſtrum, et cuiuſcumque alterius perfectæ rei auctorem.

Paſtoralis concionis partes.

Tempore autem, quo ſuam epiſcopi diœceſim obeunt, à Concilio Braccarenſi præcipuè iubentur ad hominum multitudinem concionari. Atque id vt commodiùs faciant, ibidem rerum materies, et argumenta ſuppeditantur, ne videlicet apud minutam plebem, et infimos homines agros colentes ea pertractarent, quæ ab eorum animis remota eſſent, nec captui eorum et intelligentiæ accommodata. Hæc autem ſunt Concilij verba; Poſtquam ergo in his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint epiſcopi, alia die conuocata plebe ipſius eccleſiæ doceant illos,

Epiſcopi viſitantes concionantur.

Conc. Brac. 2. cap. 1.

vt

vt errores fugiant Idolorum, vel diuersa crimina, ideſt homicidium, adulterium, periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera. *Admonentur ſimul hoc loco epiſcopi, vt ſeparatim, diuerſo tempore, de rebus quoque diuerſis ad clerum, et ad hominum multitudinem tractent; neve inſuper patiantur vnquam has officij ſui partes deſiderari. Hunc eundem Concilij locum refert etiam Burchardus libro primo, capite octuageſimo quinto, et Iuo prima parte Decreti, capite ſeptuageſimo quinto, et parte quinta, capite centeſimo nonageſimo primo. Nunc tempus poſtulat, vt ea etiam Concilij Trullani verba, qua in eandem ſententiam loquuntur, ſuis momentis perpendamus, ſuntque hac ipſius verba;* Quod oportet eos, qui præſunt eccleſijs in omnibus quidem diebus, ſed præſertim dominicis omnem clerum, & populum docere pietatis & rectæ religionis eloquia, ex diuina Scriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis. *Sanè ſub exiguo horum verborum ambitu multa continentur. Neſcio, an eccleſiæ præſules, qui numquam in ſuggeſtum veniunt, hac in ipſorum animis verba aliquando admittent ſine vlla trepidatione et metu, et ſine vlla prorſus ſupremi Iudicij recordatione, quod in ipſos ſeuerum nimis, et aſpe-*

Epiſcopi concio ad clerum, & ad populum.

Cap. 19.

rum

Pastoris munus.

rum manet. Postulant igitur illius ordinis partes, vt singulis diebus, sed præsertim dominicis concionentur, et omissa disputationum subtilitate, et profanarum rerum narratione, sacra tantum populo tradant, aperiantque diuina. Hoc item proprium esse pastoris munus, & dominicis præcipuè diebus ab eo suscipiendum, Concilium [A] *Constantinopolitanum, et* [B] *Maguntinum probant. Apud Maiores olim tanto in honore ac pretio hoc concionandi munus erat, vt eorum aliqui illud auidè, et ambitiosè appeterent; à quo nostram hanc ætatem passim abhorrere videmus. Quapropter ad eorum animos coercendos, necessarium planè fuit, vt idem Trullanum Concilium nouam in eos legem sanciret, ne deinceps arrogare sibi nomen, et auctoritatem auderent, et ijs locis imperitare, in qua nullum habebant imperium.* Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non pertinet, ciuitate publicè docere; Si quis autem hoc facere deprehensus fuerit ab episcopatu desistat, presbyteri autem munere fungatur. *Satis hæc verba concionandi muneris præstantiam commonstrant, tantumque munus non ita facilè alteri esse committendum, sicuti episcoporum aliqui nostris hisce temporibus æquo animo ferre videntur.*

A Concil. 3. Generale 6. can. 19.

B Capit. 25.

Concionãdi munus auidè olim appetebatur.

Capit. 20.

DE

DE CONCILIO ARELATENSI, Turonensi, & de Libris Capitularibus.

Caput XIV.

CAROLI Magni tempora spectare si voluerimus, hac eo imperante, gesta sunt. Hierarchicum ordinem prascribit Arelatense Concilium Quartum sub Leone Tertio, quo videlicet, et à quibus potissimum sacrarum rerum argumenta tractanda sint, vt non modò vberrimi fructus suscipiantur, sed ipsa quoque oratio sincera, et integra conseruetur. Hac sunt Concilij Arelatensis verba; De Baptismo, & mysterio sanctæ Fidei vnusquisque Archiepiscopus suos suffraganeos diligenter, studioseque admoneat, quatenus per studium Sacræ lectionis imbuti, & de mysterio Sanctæ Fidei, & de Sacramento Baptismatis vnusquisque illorum in propria parochia perfectè; studioseque presbyteros, & vniuersum populum docere, & instituere non negligat. *Animaduertere hoc loco necesse erit admirabilem ordinem, quo Ecclesia vniuersa inspirata diuinitus, iubet, hanc esse debere curam inter diuersos Ecclesiasticos ordines; vt alius*

Sacrarum rerum argumẽta à quibus tractanda.

Conc. Arelat. cap. 3.

Ecclesiæ vniuersæ ordo.

alium illuminet, erudiatve. Hinc coguntur archiepiscopi episcopos ad sacros conſessus conuocare, eosdemque miris modis illuminare, et erudire. Ita enim communis hic Ecclesiæ vniuersa ordo requirit, et iubet. Imperante etiam Carolo, apertiora quoque verba habentur, qua huius negotij grauitatem probant. Ea sunt Concilij Turonensis Tertij sub Leone Tertio, totidemque referuntur à Concilio Maguntino sub Rabano, capite secundo; Quilibet episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur &c. *Et paulò post*; Et vt easdem homilias quisque aperte transferre studeat in rusticam Romanam linguam, aut Theotiscam, quò facilius cuncti possint intelligere quæ dicuntur. *Poterunt hinc episcopi veterum Patrum diligentiam et studium in concionando coniectare, dum ipsi conabantur materiem, & rerum argumenta parare sibi, quibus ad concionum opportunitates uterentur. Illud praterea bonis illis temporibus fiebat, vt ea lingua uterentur, quam facilè omnes intelligerent, nec aliud quidquam spectabant, quàm fructum et vtilitatem. Prope eadem hac tempora, in Capitularibus Caroli Magni hac verba habentur*; Episcopum verò oportet opportunè, & importunè, atque sine intermissione eccle-

Conc. Maguntin. cap. 17.

Veterum Patrum in concionando studium.

Lib. 7. cap. 357.

fiam suam docere. *A quibus verbis non absimilia ea sunt, qua leguntur post quartam addictionem Capitularium Regis Caroli, capite vndecimo;* Ipsi autem episcopi concessum sibi otium non in suas voluptates, sed in diuinum, & officiosum conuertant negotium, quatenus studentes prædicationi, atque confirmationi, quod hactenus per parochias fuit neglectum. *In eandem quoque sententiam verba illa sunt libri primi Capitularium, capite octuagesimo secundo, & centesimo nono, et libri secundi capite quarto.*

DE CONCILIO REGIATICINO, Ticinensi, Trosleiano.

Caput XV.

AD ea, qua à nobis hactenus in medium allata fuere, illud etiam addi posse censemus, quod Concilium Regiaticinum sub Leone Pontifice Maximo Quarto habitum præscribit. In eo siquidem admonentur episcopi, quodnam præsertim dicendi genus adhibere debeant; siue ad clerum, siue ad populum orationem sint habituri. Ibidem etiam statuuntur pœnæ, quibus subiacere oportebit eos, qui hunc concionandi laborem ali-

quando detrectabunt. Hæc sunt Concilij ipsius
Concil. Regiat. cap. 5. *verba;* Vt episcopi canonicas scripturas, & sancta dogmata iugi meditatione discutiant, & presbyteris, ac clericis suis subtiliùs tractando, & differendo, occultos sacrarum Litterarum thesauros aperiant; populis verò iuxta ipsorum capacitatem dominicis, & festis diebus verbum prædicationis impendere non negligant; quod si quis se deinceps ab hac obseruatione, & ab his, quæ superiùs sunt statuta, subtraxerit, tamquam proprij desertor officij, diuinis legibus
Episcopi officiũ. subiacebit. *Ex quibus sanè verbis colligitur, postulare præsertim episcopi partes, vt frequentius clerum, quàm reliquam hominum multitudinem alloquatur. Ex quo quidem illud coniectare licet, vt nimirùm, præter dominicos, cæterosque dies festos, alijs quoque hebdomadæ diebus conciones ad clerum haberentur. Quòd autem festis diebus à diuinæ prædicationis munere cessare numquam episcopos deceat, communis est antiquorum Patrum consensus, sicuti antea passim adnotauimus. Nunc si gradum facere velimus ad illud Concilium, quod sequenti ætate celebratum fuit, hæc in eo totidem verba sub Leone Quarto com-*
Conc Ticin cap. 4. *perientur;* Doctrina verò, & prædicatio in populum, partim episcoporum, & reliquorum sacerdotum, partim verò populi negligentia,

non ſicut neceſſarium eſt, procuratur. Et ſacerdotum quidem incuria nullatenus eſt excuſanda. *Ego quidem arbitror, raro contingere noſtris hiſce temporibus, vt exigui fiant ad epiſcopum dicentem concurſus; gaudent enim populi, paſtorem intueri concionantem, & eum quouis alio dicente libentiùs audiunt, dummodo ne ipſe ſibi, ſuoque nomini deſit, ne ſolitarius agat, fugiatque proprij gregis ſocietatem, et curam omnem adſpernetur. Hoc loco item conſideranda ea ſunt, quæ Trosleiani Concilij initio habentur, dum ità ait;* Qui aliorum errata corrigere debemus, epiſcopi dicimur; ſed epiſcopale minifterium non impleuimus, ſi miniſterium prædicationis reliquimus. Eos, qui nobis commiſſi ſunt, videmus Deum deſerere, & in prauis actibus iacere, & tacemus, neque eis manum correctionis tendimus. *Alibi etiam idem Concilium hæc ſcripta reliquit;* Terribilem nimis, imminentemque nobis, & gregi noſtro damnationem, & per nos, & per ſecundi ordinis conſacerdotes omnibus modis euadere conemur, erudientes aſſiduè commiſſos nobis, fide, verbis, & bonorum operum exemplis, vt in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, vt non vituperetur miniſterium noſtrum. *Concilij demum Tridentini verba licèt*

Populus epiſcopum dicentem frequenter audit.

Concilium Trosleanum in principio ex Antonio Auguſtino, pp. epitom Iuris Pontif. veteris Tit 59. de munere epiſc. cap. 43.

Cap 15 ex eodem Antonio Aug.

clara

clara satis sint, atque manifesta omnibus, ea nihilominus, quæ ad Diuinam prædicationem spectant, tanti tamen roboris sunt, et momenti, vt digna esse censeamus, quæ huc in locum transferantur; Quia verò Christianæ Reipublicæ non minùs necessaria est prædicatio Euangelij, quàm lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus; statuit, & decreuit eadem Sancta Synodus, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum Sanctum Iesu Christi Euangelium. Si verò contigerit, Episcopos, & alios Prælatos legitimo detineri impedimento iuxta formam generalis Concilij, viros idoneos assumere teneantur ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subiaceat vltioni.

Sess 5. cap. 2. de Reformat.

DE

DE IOANNE ZONARA, & Theodoro Balsamone.

Caput XVI.

POST QVAM verò admiranda Conciliorum dicta, & auctoritates attulimus, operæpretium erit, et inchoato operi maximè necessarium, vt eorum Notationes, & Obseruationes referamus, qui suo ingenij lumine præclarissimorum, et antiquorum Patrum consignata litteris monumenta illustrarunt. Ioannes Zonara is fuit, qui inter cæteros Conciliorum amatores, et studiosos, grauissimas pœnas recensei; quibus olim episcopi afficiebantur, qui concionandi munus intermittebant. Hæc magni scriptoris verba sunt; In episcopum, qui cleri, populique sibi commissi curam obire, eosque religiosæ vitæ præceptis erudire neglexerit, segregatio primùm; ac nisi postea socordiam exuerit, depositionis quoque pœna constituta est. Et magnus præterea Paulus, dum in ea, quæ est ad Timotheum epistola, episcopi formam, conditionemque describit, docendi quoque facultate præditura esse oportere demonstrat. Ad Titum quoque; *Oportet, inquit*, episcopum amplecti eum, qui secundum

Io. Zonara Conciliorũ studiosus.

In Commentarijs in Canone 6. Syn. Trullanæ ad Can. 19.

1. ad Timoth. cap 3.

Ad Titum cap. 1. v. 9.

dùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. Quorum quidem testimonium, Apostolicique decreti auctoritatem secuti Patres, hoc edito Canone, cùm alijs quoque, tum dominicis saltem diebus, episcopi oratione populum ad religionis studia informari ac instituí iubent. Cùm enim per eos dies vacationem à laboribus nacti homines in ecclesiam conueniant, ibique tempora diuinarum scripturarum auditione traducant, erit ea populo longè fructuosior industria, quam in eo erudiendo ac instituendo ijs præcipuè diebus episcopus adhibuerit; quæ porrò doceat, non ab ipso inuenta, sed ex sacris Litteris repetita, proferri volunt; quarum quidem explicationem ex Sanctorum Patrum fontibus hauriat, non ipse sibi ex ingenio suo, arbitrioque confingat. *Inter maxima, pulcherrimaquè documenta, qua ex ipsis Zonara verbis petere possumus, magnè fructus vtilitatis afferunt illa, qua præclarum Christiani populi morem custodiunt, et obseruant, quo in ecclesia commorari diutiùs consueuerat, vt animis exciperet ea, qua passim è diuinarum litterarum libris legebantur. Quamuis autem Zonara verba videantur affirmare, posse facilius præsulis oratione, quàm lectione*

tione ſacrarum Litterarum auditorum animos commoueri; pro certo tamen habendum eſt, ſacram diuinamquè lectionem maioris eſſe fidei, et auctoritatis, et hanc eandem cuiuſvis dicentis orationem longè ſuperare. Quapropter in eam ſententiam accipienda illa ſunt, vt ex epiſcopi videlicet oratione vberiores quodammodo conſtarent fructus, quoniam hæc clara magis, et aperta eſſe poterat, et auditorum neceſſitatibus, et animis multò magis accommodata. Canone item Synodi Carthaginenſis ſeptuageſimo ſeptimo hæc idem auctor refert; Munus epiſcoporum fuit populum erudire; quòd ſi qui eſſent ſeditioſi, & importuni, qui tumultus, & perturbationes in eccleſia concitarent, ad eos coercendos auxilium à magiſtratibus implorabant. *Quæ ſanè verba nullum relinquunt excuſationi locum, iis præſertim præſulibus, qui de exigua populi pietate conquerentur. Siquidem iis quoque temporibus, licet vitæ, morumquè improbitate homines reperirentur, qui in ipſomet Chriſtianorum ſinu falſorum Deorum cultui deſeruirent, et varios quouis momento temporis excitarent tumultus; tanta nihilominus erat epiſcoporum conſtantia, et animi fortitudo, vt nihil vnquam deterrere eos potuerit, aut impedire, quin ſuo rectè munere fungerentur. Vltimo loco*

ea nobis perpendenda ſunt, quæ Theodorus Balſamon ſuis in Apoſtolorum Canonem quinquageſimum octauum Commentarijs docet, dum ait; Epiſcopalem dignitatem in docẽdo conſiſtere. *Magni ſanè ponderis verba ſunt, et momenti, ſatiſque clara, et definita, præſertim verò ea;* Epiſcopalis dignitas in docendo conſiſtit. *Quæ quidem optarem ego vehementer, vt epiſcoporum animis altiùs inſiderent. Reliquum eſt iam tandem, vt primo huic libro finis imponatur, cùm hactenus de ſacris exemplis, et auctoritatibus, de noſtris quoque ſanctiſſimis Patribus, et de Concilijs abundè locuti ſimus.*

DE CONCIONANTE EPISCOPO

LIBER SECVNDVS.

CONCIONANDI MVNVS magnum esse, ac glorioſum.

Caput I.

POSTVLAT nunc inſtitutus ordo, vt non ſolùm illuſtrium virorum auctoritatibus, et exemplis, ſed etiam petitis è ſacra, ciuilique prudentia rationibus, oſtendamus quàm proprium atque accommodatum ſit illud epiſcopo munus, vt commiſſum ſibi populum concionando erudiat, eumquè ſapius alloquatur. Ac primum quidem argumentum, primaque ratio tanta rei petenda nobis eſt ex eo, quòd epiſcopi con-

Discrimen inter Episcopi, & Laici Principis potentiam.

cionantis mira quadam est potentia, et planè supra Regiam fortunam, conditionemque maiestas. Id enim est animis imperare, & obtinere in illos imperium, cùm terrarum domini corpora tantùm regant, ibique vim exerceant suam. Nihil habet episcopus, quod in humanis rebus gerere possit illustrius, atque magnificentius, et in speciem quoque mundanam augustius, quàm solenni hac arte ducendo multitudinem quò velit, vndè autem velit, deducendo. Nam etsi mouent, ac flectunt cæteri quoquè concionatores populum, minimè tamen auctoritatem in suggestum afferre possunt eam, quæ pontificem comitatur. Narrabo memorabile dictu, quod possem exemplis etiam, atque testimonijs comprobare, si vellem. Multa per Europam, ac præsertim Italici nominis Ecclesia deciderunt ex imperio, iurisdictioneque ciuili, quam non tam citò, immo fortasse numquam amississent, si episcopi frequentius conciones habuissent.

Ecclesiarum auctoritas quomodo amissa.

Io cap. 10. n. 3.

Nam sicut est in Euangelio; vocassent eas nominatim, et agnouissent vocem, et secutæ essent eum. Verùm secus accidit, quia dum lingua pastorum silent, cuicula sese paulatim ad eos aggregauerunt, qui permulcebant animos, non salutaribus hortamentis, et paterna voce, sed largitionibus effusis, et iniquis, liberioriſque vi-

licentia, & dulcedine, cæteriſque malis artibus, quas rerum nouarum auctores adinuenere. Splendor autem ille concionantis epiſcopi, de quo dicebam, vel optimè declaratur illuſtri teſtimonio ſapientis viri, quem longa ætas docuerat, et rectè loqui, et laudabiliter agere. Hieronymus is fuit, qui ſuam, et Auguſtini conditionem alicubi conſiderans ait; Neque mihi imperitorum plebeculam concites, qui te venerantur vt epiſcopum, & in eccleſia declamantem ſacerdotio honore ſuſcipiunt: me autem ætatis vltimæ, & penè decrepitum, ac monaſterij, & rurisſecreta ſectantem paruipendunt. *Quæ verba manifeſtè declarant, paratam fuiſſe multitudinem obſecundare ſemper Auguſtino, et quamuis id contingere poſſet ob nomen atque Pontificis auctoritatem, qua inter cæteros eminebat, potuiſſe tamen accidere præſertim ex eo, quia Auguſtinus in eccleſia declamaret. Ac ſcire oportet, ipſum* declamandi *verbum non temerè poſitum eſſe, quo ſcilicet declaratur, obſequium, atque propenſionem animorum illam in Auguſtinum, ex nouis illius contentione ac ſono oriri ſolitam fuiſſe. At enim grauiſſima alia occupationes, aliaquè præclara munera epiſcopalem dignitatem comitantur, in quibus obeundis ſuam epiſcopus poteſt maieſtatem et amplitudinem commonſtra-*

Hieron. epiſtol. ad Auguſt 89.

Populi obſequiũ in Auguſt.

re

Episcopalis concionis æstimatio.

re. *Varia quidem illa sunt, et amplissima, sed communiter tamen apud omnes non essent unquam tanti ponderis, et momenti, quanti concionalis hæc actio haberetur. Quapropter si neglecta interdum et omissa, neque illustribus factis, neque quouis alio glorioso labore potest compensari. Atque huc spectant ea Sancti Prosperi verba,* Ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiamsi sanctè viuat, & tamen perditè viuentes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierunt, perit. *Summopere igitur cauendum est episcopo, ne maximis alijs occupationibus ita destineatur, vt hoc deserat declamandi munus. Quòd si cessabit interdum, grauissimi huius scriptoris sententiam reuocet in mentem, eamque suis ipse momentis examinet ac perpendat. In hunc ego locum totidem sanctissimi viri verba transtuli libenter, ne huius ordinis aliqui decipiantur, qui nostra hac præsertim ætate, sicut ego existimo, suo planè muneri satisfacere sibi persuadent, sequè magni nominis episcopos esse putant, et inclyta fama, dummodò se in alijs actionibus præclarè laudabiliterque exerceant.*

S. Prosper lib. 1. de vita Contemplat. cap. 20.

Error episcoporũ nostri temporis.

DE

DE AVDITORVM CONTVMACIA.

Caput II.

VERVM quoniam in omni Ecclesiarum, et Prouinciarum cura atque administratione, non minùs, quàm in rerum omnium humanarum cursu cognosci facilè potest varietas et inconstantia; nos propterea quidem affirmare minimè dubitamus, quin pastorale hoc munus maiorem interdum splendorem accipiat, minorem interdum. Inde fit, vt aliqui sape reperiantur populi, qui obtemperare pastoris consilijs recusent pertinaciter, respuantque totum illud, quod posset illis esse salutare, quodque ad rectè agendum incitaret. Qua grauissimi scriptores in hanc sententiam litterarum monumentis consignarunt, referamus. Gregorij Nazianzeni eloquentissimi viri querela & lamenta publicè audiebantur propter auditorum paucitatem, suique doloris, et mœstitiæ significationem ea verba dabant, quæ nos modò proferemus; Qui segniter adeo, fratres, & amici, nostram ad orationem audiendam acceditis, cùm & in adhibenda vi, & nobis auellendis ab arce nostra, nimirùm solitudine, quam vnam ex rebus omnibus ego maximè complexus eram,

Gregor Nazianzenus orat. 1. post redit. in.

eram, & tanquam opitulatricem, ac diuinæ subuersionis matrem, adeoque diuinitatis conciliatricem eximiè admiratus eram, & toti vitæ præfeceram, celeres fueritis? Qui sit, vt quod expetebatis, adepti aspernemini? Vtque meliores vos in absentis desiderio declaraueritis, quàm fruitione præsentis? quasi Philosophiam, commentationem nostram potiùs vobis subijcere, quàm aliquem ex ea fructum capere malueritis. *Pari mœrore, ac tristitia affici Chrysostomum videmus tanti nominis, et gloria concionatorem, dum hac querimonia verba ad populum Antiochenum habet*; Iam verò tempus est ad subiectum transeundi, licet refugiat, & torpeat circa doctrinam hanc cogitatio nostra, propter eos, qui non venerunt. Et sicut pia mater mensam apponens, non omnibus filijs præsentibus dolet, & gemit; hoc ego non patior, & fratrum nostrorum absentiam cogitans, à solutione retrahor promissorum: sed vos potestis hunc eijcere torporem. Si enim pollicemini nobis, omnia ad illos referre cum diligentia, nos vobis omnia promptè erogabimus; sic enim illis erit absentiæ consolatio, vestræ charitatis doctrina. *Alibi quoque memorabilem hanc sententiam affert, & admirationis plenam*, Quotidie clamamus, instruimus, auribus vestris

Chrysost mœror & querela.

Chrysost. Homil. 3. de superstit.

Ad populũ Antiochenũ. Homil. 26.

tis insonantes, & qui audiat, nemo, nihilque vehementius præferimus. *Subiecitque mox eodem loco, se minimè dubitare, quin oratio, qua impiam temerè iurandi consuetudinem insectabatur, plurimos sui habitura esset irrisores & contemptores. Memorabile illud præterea est, quod in hanc sententiam scriptum reliquit Gregorius Thaumaturgus, non sine maximo gemitu et luctu;* Ac mihi quoque inanis, & supervacaneus labor suscipitur sapienter, & eruditè concionanti, quippe qui populum hunc docere aggrediar, ita miserè, & perditè affectum, vt nec doctrinam, nec curationem admittat. *Et paulò post;* Cæterùm, verborum multorum nulla est vtilitas, nec tibi vir amice auctor fuero, vt ea, quæ minùs conuenit, inutili opera conscribas, ex quibus præter inanem laborem nihil commodi percipiatur. *Hìc ad eorum solatium, qui pudore quodam, et timiditate refugiunt à dicendo, meminisse eos oportet, quanti nominis extiterit Thaumaturgus, qui licet illud sibi nomen, & famam assecutus fuerit ab ijs rebus, quas penè supra fidem passim factitabat; tamen non potuit sua oratione auditorum animis imperitare, neque eos contumaces ac superbos pro suo arbitratu flectere ad obedientiam, et concitare. Quapropter, vbi elementa, quibus*

Gregor Thaumaturgus in Eccles. cap. 9.

Thaumaturgi nomen, & fama.

In eius vita.

Elementa Thaumaturgo obediunt.

tota hac Mundi vniuersitas consistit, suis quodammodo dictis obsecundabant; eum è contrario perditissimi homines adspernabantur, minutumquè vulgus ita irridebat, vt se praclarum aliquid in auditorum animis gignere posse planè desperaret, et aliquos ex sua concione fructus reportare. Similem animi dolorem videbantur antiqui Patres sustinere, cùm in Parisiensi Concilio ita conquererentur; Vereor, inquit, ne sitis Matri vestræ Ecclesiæ adhuc in tristitia, & gemitu; cùm non conuenitis ad audiendum verbum, & vix festis diebus ad ecclesiam proceditis, & hoc non tam desiderio verbi, quàm studio solennitatis, & publicæ quodammodo remissionis obtentu. Quid igitur ego faciam? cui dispensatio verbi credita est? vbi, vel quando tempus vestrum inueniam? Ob auditorum igitur contumaciam, hanc humanam ciuilemque esse in episcopo potestatem maximè oportebat, sicut anteà ex Carthaginensis Concilij testimonio demonstratum fuit, vt ea nimirùm continerentur in officio populi, ne tumultus et dissidia excitarent, et concepta iam animis odia penitus comprimerentur. Verùm ex altera etiam parte posem confirmare multorum exemplis, quam non modò in suggestu auctoritatem, sed imperium quoque episcopi teneant in populos:

Veterum Patrum dolor.

Sub Ludouico, & Lothario. lib. 2. cap. 11.

Episcopi auctoritas in populos.

los: tamen Zonara sufficiat vnus, quem ego memini de Christiana Pontificum libertate, qua Regum olim, et Imperatorum mores coarguebant, ita pronuntiare; Anno vigesimo quinto sui Imperij impurus Anastasius episcopum quendam Oeniandum audiens disertum admodum esse, & qui ota omnibus sententiæ de passo Deo assertoribus obturaret, cum ad se vocatum hortatus est, vt ad suam factionem desciscceret, pollicens cùm quidquid petisset, illico accepturum. Cui episcopus; Tu, inquit, potiùs ad orthodoxos transi, ne, dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis, & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris. Simulque apprehendens Imperatoris chlamydẽ, hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, ò Imperator; sed sola comitabitur te pietas, & virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es, & raciocinandi ignarus, neque vllum Ecclesiæ decretum perfectè intelligis, tantùm impostu-ris, & scurrilibus calumnijs fatuos terres. Satis tibi sit dignitatis, quòd Imperator es; Antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore suffusus, obmutuit. Pauperrimus autem cùm esset ille episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere, adeò liber erat, & so-

Zonara Tom. 3. Annalium sub imperio Anastasij Dicori.

lius in Deum fidei, ac pietatis rationem habens. *Hanc in dicendo acrimoniam, huncque in Principes viros orationis impetum nemo fortasse alius concionator ausus esset adhibere, quamuis doctrina clarus, et religione.*

DE ACTIONIBVS, QVÆ MINVS Episcopum decent.

Caput III.

PRÆCLARVM hoc esse concionandi munus, et episcopo maximè gloriosum, satis iam antea demonstrauimus. Nobis hoc loco reliquum est, vt videamus, quàm ingloriam, et ignobilem vitam agant ij, qui concionalem artem intermittentes, neque suam operam, et curam ponentes in ijs rebus, quæ etiam ex communi vulgi opinione multum splendoris secum afferrent, suum omne studium, et operam in res obscuras conferunt, atque minùs nobiles, easdemque non necessarias; quamuis bona illa videri possint, & honesta. Quapropter, cùm in eiusmodi rebus agendis assiduè versentur, ita delabuntur horæ, vt nullum otij tempus nacti, præcipuo ac proprio muneri satisfacere queant. Huc ea spectant, quæ sacra Apostolorum monumenta nobis tradidere,

didere, primæva Ecclesiæ statum, et conditionem repræsentando; Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Actorum cap. 6. u. 2.

Quæ cura, et solicitudo quamuis primis illis temporibus laudabilis planè esset, ac plena sanctitatis; nihilominus, quia propter temporis angustias, res adeò inter se diuersæ vno eodemquè tempore pertractari minimè poterant, idcirco illi proceres Ecclesiæ viri, prudenti quadam animi magnitudine statuêre, vt in verbi Dei prædicatione præcipuum studium, et cura poneretur. Duæ erant antiquis illis temporibus mensæ; profana altera, in qua cibi parabantur, qui ad solitas humani corporis necessitates opportuni erant: sacra altera, et Cœlestis, in qua dapes, et epulæ apponebantur, quibus animi refici solebant supra omnem naturæ modum & ordinem. Huius igitur Cœlestis mensæ curam, et administrationem deposuere Apostoli, cùm hanc eandem sustinere commodius plerique alij potuissent; illudque ipsi opus aggressi fuerunt; quod amplecti, ac perficere aliena industria, laboresque alieni satis fortasse non fuissent. Cauendum igitur maximè est episcopo, ne tempus omne in humanis negotijs, et in ijs rebus, quæ minimè decent episcopalem personam, ita conterat atque amittat, vt nullum præterea otium Mensarum olim duo genera.

detur

detur ad eorum animos excolendos, qui suæ curæ ac tutelæ consignati fuerunt. Placet in hunc locum Cypriani verba subiungere, quæ id vnum manifestè probant; Episcopi plurimi, quos & hortamento esse oportet cæteris, & exemplo, Diuina procuratione contempta, procuratores rerum sæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari; Esurientibus in Ecclesia fratribus non subuenire, habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, vsuris multiplicantibus fœnus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi meremur? *Noua hæc fortasse nimis et admirandà videri possunt, quòd ea nimirùm ætas Apostolorum ætati proxima, ad coarguendos hominum mores eiusmodi reprehensiones exigeret. Sed non est huius loci, vt dubitationi satisfaciamus; nostra potiùs tempora deploranda essent, quæ, cùm misera sint, et calamitosa, sine bonis moribus, sine disciplina, ac fermè religione, indigent eiusmodi obiurgationibus, et vocis contentione maiore, et verborum grauitate acriore. Modò ad reliqua pergamus. De Beato Augustino notatu dignum illud est, et admirabile, quod Possidius refert, eum nempè ita deditum fuisse litterarum studijs, &, ut*

S. Cyprian. lib. de Lapis.

credere

credere fas est, studio Diuina prædicationis, in quo assiduè versabatur, sicut anteà demonstratum fuit, vt cateras omnes actiones, et eas etiam, quæ episcopalem dignitatem comitabantur, angarias *appellaret*; Rogatus quoque à nonnullis in eorum temporalibus causis, epistolas ad diuersos dabat. Sed hanc suam à melioribus rebus occupationem, tanquam angariam deputabat, suauem semper habens de ijs, quæ Dei sunt, vel allocutionem, vel collocutionem fraternæ, ac domesticæ familiaritatis *Ego quidem non possum satis admirari nonnullos nostræ ætatis antistites, qui prætermissis sacrarum Litterarum studijs, quæ mirabiliter reficere mentem possunt, et recreare, malunt gerere personam Iudicis, eiusque dignitatem et decus sustinere assiduè componendo lites, et de sella ac tribunali pronuntiando, et ea passim obire munera, quæ licèt turpia non sint & indecora, plena tamen sunt molestiarum, et corpus, et animum grauant. Verùm, id ità plerumque accidit, quia sui sæpe nominis, dignitatis, et amplitudinis obliuiscuntur antistites, nec eum honoris gradum reputant animis, in quo positi fuere.*

Quanti apud August. Verbi Dei prædicatio.

In eius vita. cap. 19.

Episcopi personã Iudicis sustinentes.

EPIS-

EPISCOPI DIGNITAS, ET præcipuum munus.

Caput IV.

VT animus, mensque episcopi ad res magnas et excelsas gerendas acriori stimulo excitentur, placet in hunc locum referre Dionysij Areopagitæ verba; Sicut enim hierarchiam qui dicit, omnium simul comprehensam dicit sacrorum dispositionem: Sic hierarcham dicens, declarat mirabilem, & diuinum virum, omnis sacræ eruditum scientiæ, in quo purè sua hierarchia omnis perficitur, & cognoscitur. *Satis hæc verba declarant, num episcopum mente et animo in Cœlestium rerum contemplatione versari maximè oporteat, et in ijs præsertim actionibus tempus libentius consumere, quæ animabus sua tutela commissis maiores afferunt fructus et utilitates. Hisce verbis consimilia sunt ea sancti Ignatij, qui hæc ipsa de episcopo litteris mandauit.* Vbi episcopus præsens fuerit, ibi & plebs congregabitur: Sicut & vbi Christus est, omnis cælestis militia adest, tamquam Principi militiæ virtutis domina, & ipse est dispensator totius intelligibilis naturæ. *Vellem ego, vt maiest-*

Dionys. Areop. de Eccles. Hierar. cap. 1.

Ignatius epistola 10. ad Smirnenses.

maiestatem horum verborum et amplitudinem cum rei familiaris cura et studio, cum terrenis, minutisque operibus, episcoporum aliquis conferret. Tantum enim in ijs nonnulli adhibere solent diligentiam, vt exquisita ea nimis sit. A qua solicitudine & cura, vt episcopos auocaret Concilium Carthaginense quartum, hac verba pronunciauit; Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodò vacet. Cap 10. & Cæsar Aug. lib. 4. cap. 63.

Quæ sententia si suis ipsa momentis et ponderibus perpendatur, nihil aliud licere magis episcopo videtur indicare, quàm vt, neglectis mortalium negotijs, se totum conferat ad diuinarum rerum contemplationem, et studium. Ab ijs verbis non absimilia ea sunt Concilij Toletani vndecimi, tempore Adeodati Papæ; Nos prouidè nostri ordinis gradum, vel susceptæ regiminis modum magnoperè cogitare debemus, vt qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis à diuina lectione priuemur. *Neque miretur propterea aliquis, cur hæc præsertim in hanc sententiam scripta habeamus: tanti siquidem erat concionandi munus apud veteres Patres, vt nullum aliud episcopi magis proprium reputarent. Atque id Ioannis Zonaræ verbis confirmatur;* Ab episcopis cum ipsa rei natura,

In Cano. 8. Synodi Carthaginensis.

tum decreta Canonum ea de re sæpius edita; postulant, vt in sua episcopali statione perpetuò degant, ac in populis erudiendis, atque ad rectam virtutis semitam dirigendis, laborent.

DIVINI VERBI PRÆDICATIO

sternit viam ad reliqua Antistitum munera.

Caput V.

D ea, quæ sunt hactenus disputata, illud etiam accedat, quod inter omnia, quæ pertinent ad pastorale munus, quæve possunt expeditiorem facere animarum curam, arduam alioqui, et multis difficultatibus implicatam, hæc ipsa concionatoria facultas primum ferè locum tenet; neque res est vlla præclarior, quàm posse multitudinem adducere, quasi verborum frano quò velis, vnde autem velis, deducere. Id optimè declaratur veterum oratorum exemplo, quorum auctoritas Romanæ Reipublicæ temporibus excellebat, non ob aliam, vt puto, causam, quàm quia persuadendo, vel dissuadendo, quodammodo negotijs imperitabant. Neque enim Marcus Tullius ob dicendi artem otio-

Eloquentiæ vis.

ſam, aut ob eam, quam in Philoſophia mediocritatem habuerat, in tanta fuit admiratione; ſed quia dum concionaretur, arbitratu ſuo regebat animos, et ad Reipublicæ quaſi clauum ſedebat. Non tantùm illi propoſita erat eloquentiæ gloria in dicendo, ſed vtilitas Reipublicæ, et recta negotiorum adminiſtratio, quæ ad Patriæ ſalutem pertinerent; idque de ſe ipſe non vno loco profitetur. Sed multò ante ipſum Demoſthenes hoc declarauit exemplo ſuo, cum res Athenienſium ita penderent ex eius oratione, vt crimini daretur ab inimicis, quòd validior foret eius oratio, quàm mœnia, quàm arces. Immo, ſicut eſt apud Platonem, cæteri quoque minores oratores, et declamatoria lingua Rempublicam illam adminiſtrabant, tantique nominis ciuitas vniuerſa erat in eloquentiæ poteſtate. An non Rhetores, *ait Plato*, ſtatim cum vel ſciunt conſulere, vel ſaltem ſcire ſe putant, conſulunt nobis paſſim. Ij quidem de bello, & pace, illi verò de mœnibus conſtruendis, vel de portubus præparandis, muniendiſque, & vt ſummatim dicam, quidquid ipſa ciuitas agit aduerſus aliam ciuitatem vel ſecum ipſa, rhetorum conſilio perficit? *Verùm de ſacris concionibus, et potentia Patrum in dicendo, maiora quædam, et auguſtiora nunc exequamur.*

M. Tullius lib. 2. de Offic.

Demoſthenis oratio.

Plato Dialogo de Voto.

Sacrarũ concionum potentia.

Pastor Ambrosius haud quaquam potuisset, opinor, sedare tumultuantem in Pontificis electione turbam, nobilitatemque Mediolanensem, nisi statim in locum superiorem euasisset, arteque sua moderari extuantes animos aggrederetur. Non inuictum animi robur, et magnificentia, liberalitasque, non catera virtutes, quibus praditus erat, ei tantopere profuissent, quàm componere verba prudenter in tali tempore, et dicere aptè ad persuadendum. Nec fortasse Theodosius, cùm à sacro limine procul abesse iuberetur, obediuisset, si rudis & abiecta fuisset illa Pontificis oratio, ac nisi flexanima potestate summum Imperatorem euicisset. At calamitosissimo illo Arianorum tempore Pastor idem cum intra templum obsessus, inclusum vnà populum psalmis, et hymnis, et alia modulata precatione solaretur, non minùs debuit eosdem alere diuinarum Litterarum pabulo, accommodatàque ad tempus oratione confirmare; Non longè cœperat, *inquit Augustinus*, Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare, magno studio fratrum concinnentium vocibus, & cordibus. Nimirum annus erat; aut non multò amplius cum Iustina Valentiniani Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis

In eius vita.

S. August. lib. 9. Confessionum. cap. 7.

suæ

ſuæ cauſa, qua fuerat ſeducta ab Arianis. Excuſabat pia plebs in eccleſia mori parata cum epiſcopo ſuo, ſeruo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, ſolicitudinis, & vigiliarum primas partes tenens, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi à calore ſpiritus tui excitabamur tamen ciuitate attonita, atque turbata. Tunc Hymni, & Pſalmi vt canerentur ſecundùm morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt; & ex illo in hodiernum retentum, multis iam, ac penè omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus. *Quanta verò ſit facultas eloquentiæ in rebus duris, eiuſmodique temporum aſperitate, nobile in primis Ioannis Chryſoſtomi exemplum docet. Is enim, cùm ſæuiſſimis Auguſtæ inſectationibus laboraret, celebrabatur ſtudijs, et admiratione populorum; atque cùm proficiſceretur in exilium, propemodum excita ſedibus ſuis vrbes, ſe ſe ad ſpectaculum effundebant*; Vt autem, qui in plateis ambulabant, quoque extra templum circumcirca ſtabant, rem eam cognouerunt, partim quidem quàm potuerunt celerrimè, ad mare, comprehenſuros ſe eſſe bonum Paſtorem exiſtimantes, properarunt: partim verò timore perciti fugerunt, ſeditionem, & tumultum grauem, Imperatoris etiam iram metuen-

Nicephori Callisti, lib. 13. Eccleſ. hiſtor. cap. 21.

metuentes. Qui verò ad templi custodiam constiterant, magis etiam, magisque exitus ipsos, ad quos multitudo alijs alios inter se protrudentibus confluebant, obstruxere. Et vix tandem ingenti, & aduersa repressione turbarum à tergo postibus imminentium, quarundam etiam saxis fores confringentium, magna violentia ædes factæ apertæ sunt, & populus confestim ad mare percurrit. Postquam verò illum ibi consecuti non sunt, sed in mari fluctus multa celeritate secantem viderunt, & armati quidam ex Imperatoria cohorte ibi præsto fuere, qui modis, molitionibusque omnibus hominum impetum inhibebant; illi veluti re desperata, vitam potiùs, quàm illum amittere optauerunt. Atque vbi orbitatem suam, & boni Pastoris abitionem vehementer deplorauerunt, & lacrymarum vi cum fluctibus decertarunt, mœsti, atque flentes, quantum oculis consequi potuerunt, nauiculam intuiti, tandem ægrè in vrbem sunt reuersi cum eo planctu, quem nemo vnquam à sæculo hominum vel vidit, vel accepit. *Quin etiam ob illius discessum, tumultus est ingens excitatus populi desiderio, & fauore nobilitatis, qua de manibus impijs eripere Pontificem conabatur. Sed ille repressit impetum ac*

dauit

sedauit. Apertè, multisque verbis declarat Sozomenus, [A] *quantus esset populi amor in Chrysostomum, atque id ipsum Socrates* [B] *demonstrat. Capite quoque iam damnatum hominem eripuit Imperatoris ira, eique sola eloquentia vi salutem impetrauit, reddiditque à summa pernicie et calamitate Antiochia ciuitatem liberam, et incolumem; quo facto, quasi legibus imperare, atque animorum tenere habenas est visus. Nec leuiora in Augustino miracula fuerunt eloquentia, qui cùm nollet, spectacula quædam celebrari, persuasit populo, vt eiusmodi oblectamentis in posterùm careret. Quapropter statuendum hoc loco est, tantum posse in episcopo pastoralem concionem, quantam posse eloquentiam diximus, cuius portenta et artes penè supra naturam videntur. Ea siquidem, veluti suaui vocum concentu, scorpionum, serpentum, ferarumque natura adeò permutatur, vt exitiale virus deposuisse id animantium genus diceres, & suam omnem exiisse feritatem.*

A Lib. 8. cap. 21. & 22. Eccles. Histor.

B Lib. 6 cap. 14. Eccles. Hist.

Chrysost. ad Populũ Antioch. Hom. 20.

S. August. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 31.

Plato in Eutyd.

QVAM-

QVAM EPISCOPVM ADIVVET concionalis actio.

Caput VI.

FRVCTVVM verò vbertatem intueri si velis, quam ipsimet pontifices ex hac concionali facultate poterunt reportare, magnos eos esse comperies, ac propè infinitos. Primùm enim addit oratori nomen, et auctoritatem, augetquè dicentis scientiam ex humanarum, Diuinarumquè rerum cognitione, quam ipse sibi cogitur comparare diurna, nocturnaquè legendi exercitatione, vt laudabiliter dicat. Sancti Ambrosij vetustissimo exemplo res eadem comprobatur, qui nisi Catechumenus, et matura iam fere ætate, Christiana Religionis, ac Fidei documenta didicit, cuius elementa penitus olim ignorabat. Res igitur non absimilis à vero est, vt eam sibi doctrinam ex continuo dicendi vsu compararit, à qua deinde magnum vniuersa Ecclesia Doctoris nomen est assecutus. Quinimmo, quòd res ita gesta sit, satis ipsiusmet Doctoris verba declarant; Homines autem discunt prius quod doceant, & ab alio accipiunt, quod alijs tradant. Quod ne ipsum quidem mihi accidit.

S. Ambros. lib. 1. de Officijs. cap. 1.

cidit. Ego enim de tribunalibus, atque administrationis infulis ad ſacerdotium raptus, docere vos cœpi, quod ipſe non didici. Itaque factum eſt, vt priùs docere inciperem, quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſimul, & docendum eſt: quoniam non vacauit ante diſcere. Et quantumlibet quiſque profecerit, nemo eſt, qui doceri non egeat, dum viuit. *Ex hac praterea dicendi conſuetudine acquiritur rerum vſus, ac prudentia, quam omnibus horis adhibere paſtorem oportet, tamquam ſuorum verborum moderatricem. Hac item frequens ad hominum multitudinem oratio ſummopere dicentis mores, et ſingularem illius pietatem, vitaque innocentiam teſtatur. De ijs enim ſapius nos loquimur, qua grata nobis multùm eſſe ſolent, et iucunda; ſuntque animi indices verba, et expreſſa illius imagines. Illud etiam accedit, quòd dicendo antiſtites, veluti ſtimulo ad rectè laudabiliterque agendum excitantur, ne ſui nominis ac fama iacturam faciant, ſi eiuſdem culpa conſcij eſſent, quam accuſare in alijs inſiſtunt. De quo quidem magna vtilitatis fructu, quem ipſe ſibi affert concionando epiſcopus, conſideranda ea ſunt, qua Concilium Aquiſgranenſe, ſub Stephano Quinto, et Iſidorus nobis ſcripta in hanc ſententiam reliquere;* Qui enim eru-

Cap. 9.

Iſidorus de Eccl. offic. lib. 2. cap. 5.

diendis, atque instituendis de virtute populis præerit, necesse est, vt in omnibus sanctus sit, & in nullo reprehensibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipse à peccato debet esse alienus: Nam qua fronte subiectos arguere poterit, cùm illi statim possit correptus ingerere, ante docete, quæ recta sunt? *Quod item verum ab Isidoro Pelusiota confirmatur*; Nam illi priusquam ipsemet mores suos composuerit, alios componere, ac moderari aggrediens, à veritate aberrat: hic autem compositis primùm suis moribus, factoque rei periculo, ad moderandam aliorum vitam aptus, atque idoneus reperietur. *Habetque dignitatem illa ad episcopos adhortatio, quæ est in Concilio Cabilonensi secundo, quod sub Carolo Magno celebratum fuit, dum ita eos hortatur*; Et sint subditis norma viuendi, ita videlicet, vt & verbis, & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant. Vt vita eorum, & doctrina nequaquam discordent, sed quæ dicunt faciant, & quæ faciunt docere studeant, & prædicatione assidua plebem admoneant. *De qua sanctitatis, et eloquentiæ societate iam antea locutus fuerat Sanctus Gregorius in hunc modum*; Vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit. Linguæ vestræ exhorta-

Isidor. Pelusiota lib 2. epist 264. ad Lupetium.

Can. 2.

S. Gregor. lib 12. Regist. epistola 31. Indict 7. ad Felicem epise. cap. 4.

hortatione discant quod metuant, & doceantur quod diligant. *Hac de re grauius animaduersum est in episcopum, quàm in minutam plebem, et in eos, qui priuatim agunt; latent enim sapius id generis hominum vitia, neque multorum animis esse solent offensioni. E contrario autem quæuis episcopi labes occultari diutius non potest, ipsa se prodit vltro omnium oculis, quemadmodum egregiè nos docet magnus Chrysostomus hisce verbis;* Neque enim simili pœna plectimur pro commissis, manifestis, & occultis. Propterea quòd peccatum quidem idem est, iactura non est eadem, immo ne peccatum quidem est idem. Neque enim idem, clàm, occultèque peccare, & in propatulo. Episcopus autem non potest peccare clam. Benè enim cum illo agitur, si non peccans, liber esse possit à criminationibus, tantum abest, vt peccans id possit. Si vel irascatur, si vel rideat, si vel somnum relaxationis concupiuerit: multi sunt, qui scommatis incessant, multi qui offendantur, multi qui leges præscribant, multi qui priorum memoriam refricent, & præsentem deiciant, idque faciunt, non vt illos laudent, sed vt hunc mordeant.

Chrysostomus in Act. Apost. cap. 1. Hom 3.

NVM ALIENA OPERA expleri possint Episcopi partes in concionando.

Caput VII.

AD illud iam tandem argumentum descendimus, quo suam episcopi desidiam in concionando præcipuè defendunt tuenturve. *Multa ex ijs, quæ hactenus dicta sunt, vti veritati maximè consentanea, licet in animum episcopi admittant: illud tamen liberè asserunt, se in ijs agendis, quæ per ipsos obiri non possunt, aliena opera vti, atque in hunc modum suo planè muneri satisfacere. Sed horum verborum veritatem eliciemus ex maiorum nostrorum Patrum auctoritate ac testimonio, qui sui gregis custodiam alieno custodi commisere numquam, neque suas vnquam oues passi sunt alterius vocem audire, nisi vltima necessitas vrgeret. Quam ouium curam si alteri delegare interdum cogerentur, summo statim dolore afficiebantur ex incommodis & damnis, quæ iam prospiciebant imminere, Michæa præclarum illud consilium animo voluentes*; Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo,

Gregis cura.

Mich. cap. 7. v. 5. 6.

tuo ; custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam : & inimici hominis domestici eius. *Praterea immutari rerum ordinem ac peruerti censebant, eumque præsertim, à quo Ecclesiastica disciplina, totiusque Ecclesiæ administratio penderet. Postulant Hierarchia Ecclesiastica leges, quemadmodum ait Dionysius Areopagita, vt à maioribus minora regantur, suamque lucem à primis causis secunda accipiant, et longè perfectiores reddantur. Rem elementorum, et Angelorum exemplo passim commonstrat. Illa siquidem sua in sede agunt, et vicissim operantur ; hi verò ita inter se iunguntur, vt suam minoribus lucem maiores impertiant. Post hæc verò, ita Dionysius rem totam concludit ;* Ergo diuinus Pontificum ordo, primus quidem est Druidum ordinationum. Sublimissimus autem iterum idem, & nouissimus idem. *Pauloque inferiùs descendit ad singula nominatim officia, & quæ sacerdotem deceant, quæve diaconum, et qua pontificem ipsum distinguendo, hæc de antistitum ordine habet ;* Est igitur sanctificus ordo consummatiuæ virtutis repletus, perfecta Hierarchiæ discrete perficiens, in scientias sacrorum manifestatiuorum eruditus, & edocet

Rerum ordo, & natura.

Dionysius cap. 5. Eccl. Hier.

Episcopi proprium munus.

propor-

proportionales eorum & ſacros habitus, & virtutes. *Quapropter Dionyſij ſententiam eam eſſe credendum eſt, vt velit proprium epiſcopi munus in eo verſari, vt populum doceat, explanetque ei occultiora noſtræ Fidei myſteria.* *Hanc veteres deinde legem tanto animi ardore accepere, vt ne honeſti etiam impedimenti ſimulatione negligeretur. Inter Eccleſiaſticas olim dignitates, ordo erat Corepiſcoporum, qui cùm epiſcopo ſubiecti eſſent, arrogare ſibi poterant auctoritatem coram eo concionandi ad hominum multitudinem. Verùm quid in hanc ſententiam Damaſus, et Leo Summi Pontifices loquantur, videamus;* Nec eo videlicet epiſcopo coram poſito populum docere, aut ſalutare, nec plebem exhortari, quæ omnia ſolis Pontificibus debere, tam ex ſuperioribus, quàm ex aliis Patrum conſtitutis, aut ſacris Canonibus edocti eſtis. *Idem quoque ita definit Concilium Hiſpalenſe ſecundum;* Nec eo, ſcilicet epiſcopo, coram poſito, populum docere, vel benedicere, aut ſalutare, nec plebem vtique exhortari; quæ omnia eis à Sede Apoſtolica prohibita eſſe noſcuntur. *Quæ munera obire eos non potuiſſe manifeſtum eſt, niſi interpoſita, et impetrata ab epiſcopo facultate. Atquè hinc ſatis apparet, quo ſtudio,*

Corepiſcopoti munus.

Epiſtola 5.

Epiſtola 88. ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ.

Cap. 7.

quave

quæve solertia consulatur episcopali maiestati, ne tantus splendor obscuretur, vel aliqua ex parte imminuatur. Hæc totidem ferè verba recitantur ab Hincmaro Rhemensi codice manuscripto, cùm de Corepiscopis loqueretur; Necco, scilicet episcopo, coram posito, populum docere, vel salutare, vel plebem exhortari; quæ omnia solis pontificibus pertinere tam ex superioribus, quàm ex alijs Patrum statutis, atque sacris Canonibus edocti estis. *Verùm antiquorum Patrum famam, et grauitatem considerare si velis, exiguos sanè comperies illis temporibus floruisse concionatores, qui non sederent ad alicuius Ecclesia clauum et administrationem. Quapropter, licet nonnullorum habeantur exempla, qui declamabant ad populum, ea tamen velim accipi veluti noua, et singularia. Alexandriæ prater episcopum concionantem, concionabatur Clemens Alexandrinus, Origenes, et Theodoretus. Antiochiæ sub Flauiano Patriarcha Chrysostomus, diaconus primò, deinde in sacerdotali dignitate constitutus. Sanctus Augustinus sub Valerio episcopo conciones habebat, sicut antea demonstrauimus. Constantinopoli, publicè dicebant Gabalensis Seuerianus episcopus, et Antiochus Ptolemaidis episcopus. Magnum siquidem nomen, magnaque inter cæteros fama illis erat,*

De Concilijs, cap. 12.

Pauci olim concionatores.

Niceph. Callistus lib. 13. Eccles. Hist. cap. 9.

erat, et ab Imperatore audiebantur grata cum animi significatione. Verùm, hac nostra tempora quem nobis locum prebent ad querelas, et lamenta? Tanta enim est concionatorum multitudo, qui licet neque vita probitate, qua quidem esset in oratore summopere expetenda, neque doctrina, & rerum vsu commendentur; nihilominus absque matura episcopi deliberatione, qua ad id muneris deligendi essent, et admittendi, in suggestum ascendunt. Ego quidem ita statuo, et ita pronuntio, grauissima damna in eos populos imminere ex ijs concionatoribus, qui ad eos erudiendos apti minimè sint, & ineptissimè dicant; huiusque culpa partem penes episcopum esse, qui tales temerè atque incuriosè probat, et admittit.

Concionatorum multitudo.

QVONAM MODO AD CONcionandum alij eligerentur loco Episcopi.

Caput VIII.

SECVTIS verò temporibus, ita paulatim increbuit ea consuetudo aliena opera vtendi, vt ecclesia coadiutorem antistitis in concionando haberent, quem Ecclesiastem appellabant,

Alterum

Alterum item præcipuè destinauerant ad fidei nostræ dogmata explananda, cui nomen erat Catechista, qui in scholis prima nostræ Religionis, ac Fidei elementa docebat. Adhortationes tamen ad populum, eo prorsus ordine habebantur, vt in frequenti hominum consessu, vltimum teneret episcopus locum in dicendo. Quocirca alij concionatores auditorum animos ita disponere ac præparare videbantur, vt sua deinde pontifex oratione, extremam veluti manum tanto operi admoueret. In hanc sententiam perpendenda sunt Auctoris Constitutionum Apostolicarum verba, quibus vniuersam Ecclesiam maximè naui aquiparat, varioſque recenset illius ministros, et singulas partes, et opera omnia, quæ ibi fiunt, et exercentur. Postmodum, ad ea etiam hæc subiungit; Deinde hortentur populum presbyteri, non omnes simul, sed singulatim, & postremus omnium episcopus, qui similis est gubernatori nauis. *Ergo quia nauis multos habet nautas, et administros, episcopus propterea somno oppressus & segnitie, ad illius clauum sedebit? Cùm in dies autem primæua illa charitas, et Apostolicus ille ardor in animarum pastoribus extingueretur, sancita ea lex fuit, vt episcopi virum sibi assumerent, qui aptus esset ad concionandum. Quapropter hæc*

Cypr. epist. 34. ad Clerum.

Euseb Cæsarien. lib. 5 hist eccl. cap. 10.

Lib. 2. cap. 57.

Cap. 15. Burcardus lib. 1. cap. 88. Ivo par. 5 cap. 194 Decreti.

sunt Concilij Meldensis verba ; Vt quisquis episcopus talem iuxta se pro viribus habere decertet, qui iuxta purissimum, & sinceriſſimum sensum Catholicorum Patrum, de fide, & obseruatione mandatorum Dei, seu & prædicationis doctrina presbyteros plebium assiduè instruat, ac informet, ne domus Dei viui, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi diuini remaneat. *Verùm, sicuti iam anteà diximus, cùm animarum, et salutis magistri in dies magis tepescerent : ita impositum est illis concionandi munus, vt vel ipsi dicerent, vel aliena opera vterentur. In hunc enim modum Concilium Valentinum sub Lothario habitum loquitur* ; Cap. 16. Vnusquisque nostrum siue per se, siue per aliquem, vel aliquos ex ministris ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum prædicationis tam in vrbe, quàm foris in plebibus exhibeat : vt omnino eis admonitio, & exhortatio salutaris deesse non possit. *Fortasse ex hoc testimonio et auctoritate arripiet aliquis occasionem dicendi, se sibi, suoque muneri non deesse, dummodo ad populum conciones habeantur. Quæ si vera essent, profectò non erat, cur antiqui Patres, et Concilia de hac episcopali prædicatione tot, tantaque litterarum monumentis consignassent. Verba igitur à nobis superiùs recitata, et ea omnia illis similia, ita*

accipienda

accipienda sint et intelligenda, vt suo tunc muneri aliena ope atque industria satisfaciat episcopus, cùm legitimis ipse occupationibus, & grauißimis detineatur. Quo quidem tempore, et occasione, scriptores omnes confirmant, eum videlicet non modò non posse, sed debere etiam omni studio, et solertia curare, vt illud munus ab alijs expleatur, ne oues omni auxilio destitutæ sint, pereantque fame. Ita enim Meldense Concilium decreuit, vt intelligerent omnes, eo tantùm consilio posse simplicem sacerdotem, aut diaconum concionari, ne Domus Dei viui, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi Diuini remaneat. *Satis hæc, quæ à nobis hactenus disputata fuere, ea declarant Maguntini Concilij sub Leone Tertio verba, si afferre in medium placet;* De officio prædicationis, si fortè episcopus non fuerit in domo sua, aut infirmus est, aut aliqua causa exigente non voluerit, nunquam tamen desit diebus Dominicis, aut festiuitatibus, qui verbum Dei prædicet, iuxta quod intelligere vulgus potest. *Horum verborum pondus ac robur expendere si quis voluerit, duas esse præcipuè causas, absentiam videlicet, et infirmam corporis valetudinem comperiet, quæ episcopos non concionantes suo iure tuentur, et excusant. Quapropter ea Concilij verba*, Aut Cap. 15.

aliqua causa exigente non voluerit, *causam requirunt, qua episcopum occupet, impediatve, eamque requirunt legitimam et necessariam. Huius igitur officij desertores omni semper carebunt excusatione; nulla siquidem occupationes ita pastores animarum implicatos habent, vt ab ijs ipsi non cessent interdum, possintque illud sustinere munus.*

DE CAVSIS, QVÆ IMPEDIRE possint Episcopalem prædicationem.

Caput IX.

IAM ad alia pergentes, naturam et conditionem earum causarum, quæ possunt episcopum à concionandi officio reuocare, paulò apertius consideremus. Ad eas exprimendas Beatissimus Pontifex Innocentius Tertius, hæc in Concilio Lateranensi habet; Inter cætera, quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei maximè sibi noscitur esse necessarium &c. *Et paulò post;* Vnde, cùm sæpe contingat, quòd episcopi propter occupationes multiplices, vel inualetudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias, ne dicamus defectum

Cap. 10.

ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum, per ſe ipſos non ſufficiant miniſtrare populo verbum Dei, maximè per amplas Diœceſes, & diffuſas, generali cõſtitutione ſancimus; vt epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere, & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum, cùm per ſe idem nequiuerint, ſolicitè viſitantes, eas verbo ædificent, & exemplo &c. *Et paulò poſt;* Vnde præcipimus tam in Cathedralibus, quàm in alijs conuentualibus eccleſijs, viros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadiutores, & cooperatores habere non ſolùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertinent animarum. *Quibus verbis planè illud confirmatur, quod à nobis anteà ſæpius demonſtratum fuit, epiſcopum videlicet concionari debere, niſi grauiſſimis impediatur occupationibus, quæ illum eò tuentur, et excuſant, quouſque moram inferunt, et impedimentum. Verùm, quænam eſſe negotia poterunt, adeo grauia et moleſta, quæ epiſcoporum mentem animumque occupatum aſſiduè habeant, vt nullum interdum otij tempus detur, quo multitudinem*

doceant,

doceant, & alloquantur? Silere igitur pastorum linguas ea Innocentij verba patiuntur, vbi multiplices occupationes, noua nempe quædam et inusitata accidunt, quæ eos à præclara iam concionandi ad populum consuetudine abducant.

DAMNA, ET DETRIMENTA ex Episcopo non concionante.

Caput X.

RELIQVVM est, vt hoc idem argumentum prosequamur, ac damna, et incommoda recenseamus, quæ omnibus horis afferre ij solent, qui, tacente episcopo, publicè veniunt ad dicendum. Nostra siquidem ætate, hanc ob causam concionatores aliqui tantum sibi auctoritatis in populum, ipsumque episcopum arrogabant, vt ea liberè pronuntiarent, agerentque illa, quæ auditorum animos grauissimè offendebant. Hæc plerumque contingunt ex pastorum in concionando ignauia, atque taciturnitate, qui sui nominis suæque famæ obliti, malunt apud populum haberi rudes et imperiti, quàm magni nominis doctores, neque tales esse, quales eos oporteret. Sanè nihil est, quod imperium auctoritatemque magis ostentet, quàm in magna audi-

Publicè dicentis imperium.

torum

torum frequentia, vbi silent omnes, publicè dicere, & pro suo arbitratu circumagere omnium animos in varias partes. Quod imperium et auctoritatem plerique nostra huius Italiæ antistites sponte amiserunt, cùm hæc anteà Italia pars exempli lumen præferret cæteris Prouincijs ad piè religioseque agendum. Neque hìc admirari satis possum eorum concionatorum temeritatem, quæ omni reprehensione, et pœna grauitate digna esset, cùm dicendo insurgere audeant in ipsum populi parentem, salutisquè magistrum, et in ipso suggestu tumultuari, et ibi suos illi temerarios in eum impetus, immoderataſque animi perturbationes effundere atque exercere. Possunt enim vno temporis momento tanta damnà rebus publicis importare, quanta vita posteà totius conatu sarcire, ac tollere non possint. Memini, cùm essem adolescens, concionatorem fuisse quendam, qui conscendit aliquoties pulpitum eo animo, vt ea, quæ sanctus Carolus in huius Ecclesiæ Metropolitanæ disciplina constituisset, insectaretur; idemque faciebat exultanti quadam audacia et temeritate. Vix credi potest, quanta peste ac veneno conciones huius hominis infecerint animos, et quàm multi, tum ex nobilitate, tum ex plebe, dictis assentirentur. Pronis auribus accipiebatur obtrectatio sacrarum

Concionatorum temeritas.

crarum legum, et quidam homines infensi Pontifici, tam cupidè sequebantur obtrectatorem, vt traherent secum alios; atque ob eam acerbitatem, maiores assiduè concursus ad illum fiebant. Quin etiam eò progrediebantur auida talis pabuli ingenia, vt, si quid is fortè concionator salutariter ac rectè dixisset, id omne traderent obliuioni, ac dimissa concione, repeterent celebrarentque sermonibus iacta tantùm in Sancti Caroli leges, conuicia, qua palam, quaue obscuriùs attingerent virum. Ille, cùm intelligeret, non proprium illud suum, sed esse commune dedecus, atque damnum Ecclesia, re multum agitata, statuit tandem importuno concionatori silentium imperare: neque vltra molestus fuit. Paulò antea diximus, episcopum sui splendoris et nominis iacturam facere, si absque vlla stimulante necessitate, alium publicè dicentem patiatur. Quod Malachia Vates videtur apertè declarare ijs verbis, cùm de fœdere à Deo cum Leuitis inito, ita loquatur; Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum: propter quod & ego dedi vos contemptibiles,

Malach. cap. 2. u. 7.

& humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. *Quòd autem ad incommoda et detrimenta attinet, quæ ex diuturno epiſcopi ſilentio proficiſcuntur, quamvis plurima recenſeri à nobis poßint, regium illud tamen documentum reuocabo in memoriam, quòd olim Rex Guntrannus litteris conſignauit ad communem eorum vtilitatem, qui ſuo imperio ſubiecti erant. Magni illius Regis verba hæc ſunt*; Et licet abſque noſtra admonitione ad vos prædicandi ſpecialiter cauſa pertineat: attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus eſſe participes, ſi filiorum veſtrorum culpas non aſſidua obiurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis. *Meminiße quoque eorum oportet, quæ leguntur apud Ignatium Epiſtola ad Epheſios in eam ſententiam*; Qui vos audit, me audit: & qui me audierit, audiet illum, qui me miſit; & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. Quantò igitur magis, *Ignatius inquit*, epiſcopum tacentem videtis, tantò plus ipſum timete. *Plerumque enim muta ſunt paſtorum lingua et ſilent, non modò vt maiore orationis impetu ad coarguendos multitudinis mores conſurgant, ſed vt intimum animi dolorem, atque inexplebilem animarum ſitim, taciturnitate et*

Epiſt. ad vniuerſos ſui Regni epiſcopos ad calcem Concilij Matiſconenſis 2.

Ignatius Epiſtola 12. Matth. 19. v. 40 Ioan. 13. v. 20. Luc. 10. v. 16.

Cur Paſtorũ linguæ ſileant.

alto quòdam mœsto silentio ostentent. Taciturnitate simul, tamquam graui supplicio, puniuntur auditores, cùm Deus permittit, ne ad eorum aures ea verba perueniant, quæ maximam vtilitatem afferre possint.

SOLVS OLIM EPISCOPVS concionabatur.

Caput XI.

NICEPHORI Callisti sententia suis hoc postremo loco ponderibus examinanda erit, quæ nobis manifestè commonstrat, non licere episcopo per alium suas in concionando partes adimplere, sicuti licere nonnullorum iam allatæ auctoritates comprobarunt, sed id potiùs etiam certis omnino temporibus fuisse illi denegatum. Hunc Nicephori locum habemus libro duodecimo Ecclesiasticæ Historiæ, capite trigesimo quarto; Neque episcopus, neque alius quisquam in ecclesia Romæ ad populum docens verba facit. Alexandriæ autem solus hoc munere fungitur episcopus, quod quidem postea, cùm antea mos is non fuerit, est obseruatum. Causam consuetudini nouæ præbuit Arius, qui quòd presbyter esset, & docendi prouinciam accepisset,

Nicepb. lib. 12. Eccl. Hist.

set, contra veritatis doctrinam res nouas inducens, Ecclesiam turbauit. *Idem porrò tradit Sozomenus, et ait in Alexandrina Ecclesia, postquam falsa doctrina semina Arius ille iecisset, hoc fuisse institutum, vt concionandi munus episcopo vni reseruaretur. Optarem ego vehementer, vt nostrorum temporum antistites sui nominis famam ac maiestatem ardentiore studio tuerentur, neque ità facilè, & inconsultò cuilibet oratori licentiam facerent concionalem hanc artem tractitandi. Quanto apud antiquos Patres in honore, et pretio Diuini praedicatio Verbi esset, satis recitata iam Nicephori auctoritas demonstrauit; sed referre etiam illud placet, quod eodem loco idem auctor narrare prosequitur, loquendo de publica Euangelij lectione. Sacra huius Historiae lectio, inquit, Alexandriae ad archidiaconum spectat. Alibi verò ad diaconum, et ad sacerdotes. Alibi etiam, Pontifices ipsi in maiore festorum dierum celebritate id munus obibant. Hac ità Constantinopoli suis gesta esse temporibus, tanti nominis scriptor confirmat; paulòque post subiungit, id ità fieri ab ijs, vt intelligerent omnes, episcopum ipsum esse verum, et germanum Euangelij praeconem, hocque munus tractandum esse summa sinceritate, ne diuinarum Litterarum sen-*

Sozomenus lib. 2 cap. 19. Eccl. Hist.

Euangelij lectio.

sus à recto vnquam detorqueatur. Quo præclarè more antiqui Patres videbantur indicare, munus episcopi esse, vt sacras ipse diuinasque Litteras interpretaretur. Glorioſi nominis Carolus huius Vrbis Mediolani Archiepiscopus, quemadmodum ego adolescens accepi, contendit aliquando, petijtque litteras ab Apostolica auctoritate, vt dicente episcopo, cæteri concionatores omnes eadem hora silerent. Sed grauissima fortasse causa impedierunt Pontificem, quò minùs ipsius desiderio satisfaceret. Hoc magno conatu, ille vir, sicut ego arbitror, allicere quemque episcopum ad concionandum cupiebat, immo quemlibet eorum cogere etiam ad id munus, et obligare. Silentio enim vti certè non potuisset, si tamquam fame laborantes populi, frequenti ad eum concursu aduolassent. Neque profectò à decori legibus videbatur esse alienum, vt ad supremum vrbis pastorem audiendum accurrerent subiecti omnes, et illi etiam, qui religiosam intra claustra vitam profiterentur. Sanè hanc legem, maiorum Patrum tempora minimè postulabant; summo enim honore ac reuerentia prosequebantur populi pastorem suum, eumque concionantem assectabantur; maiorique ipse studio, et solicitudine commissum sibi gregem Verbi Dei prædicatione pascebat. Sed quàm deprauati iam

S. Caroli desiderium.

sunt,

sunt, et immutati priscorum mores? Quàm diuersa hæc nostra tempora à primis illis temporibus & aliena?

CONCIONANDI MVNVS explebatur olim per litteras, aliasve lucubrationes.

Caput XII.

QVAMQVAM verò eam consuetudinem, quæ apud Alexandriæ episcopos vigebat, vt videlicet ipsi soli concionarentur, non omnes Prouinciæ receperant, sicuti ex multorum auctoritatibus ac testimonijs passim hoc libro intelligi potest: episcopi nihilominus pro suo conatu, hoc concionandi munus per se ipsos complere conabantur; siquè interdum abesse contingebat, per litteras eidem muneri satisfaciebant. Atque ad huius rei veritatem confirmandam, præter ea, quæ iam à nobis allata fuerunt, nouas etiam auctoritates nouaque testimonia eorum afferemus, qui per litteras concionale munus adimpleuere. Cypriani sanctissimi viri littera, quas ipse sapius Cypriani litteræ.
hunc ad finem dictauerat, cùm in calamitosa tempora incidisset, satis id declarant. Ad hæc etiam illa accedunt, quæ idem Cyprianus habet libro

de

Cyprianus lib. de singularitate Cleric.

de singularitate Clericorum; Licet hæc admonitio tola literarum mearum auctoritate sufficeret; tamen ne me somniatorem irrideat quispiam, scripturarum addimus firmitatem. *Hinc manifestè patet, id generis adhortationes concionum partes expleuisse. Idem porrò, inter cæteros, Athanasius præstabat, cuius auctoritates hoc loco examinandæ erunt. De incarnatione Verbi hæc ipse refert*; Quoniam ad nos delatum est, quosdam vestrum conturbari, nostrasque literas requirere, idque super communi, & ab Apostolis introducta fide, ita respondendum putauimus. *Hæc ab eo gesta sunt, cum peregrinaretur, et exilij incommoda sustineret.*

Athanasij spelunca.

Neque credendum est nobis, eum quamdiù in abditis eius spelunca commoratus est, in qua,

Sozom. hist. Eccl. lib. 4 cap. 9. Niceph lib. 9. cap 34.

quemadmodum referunt Sozomenus, et Nicephorus, stagnabant aquæ, otiosam degisse vitam, verum potius existimandum, scribendo, nostræque Fidei arcana aperiendo, consolatum fuisse suos, vitæque tædio leuamen aliquod adinuenisse. De quo etiam alibi extat illud, quod idem Sozomenus narrat, virginem nimirum illam, quæ charitatis officia illi præstabat, libros ad eum aliquot attulisse, quibus ad Arianorum perfidiam firmiùs impugnandam, et ad Christianos consolandos uteretur. Sozomeni verba mox subijcie-

mus,

uus, quoniam magnum exempli lumen præse-ferunt; Athanasius fuga ex eius manibus elapsus, ad imperium Iuliani, de quo nunc agitur, apud quandam sacratam virginem in ipsa vrbe Alexandriæ latitauit; quam quidem virginem pulchritudine tantùm omnibus illius temporis mulieribus antecelluisse accepimus, vt sicut omnibus in eam intuentibus, miraculum putabatur; sic viris modestiam, & continentiam profitentibus, fugienda videretur, ne ex suspicione labes aliqua ipsis aspergeretur infamiæ. *De hac eadem Virgine hæc paulò postea subdit*; Tamen propter animi magnitudinem eum in suas ædes excepit, & summa prudentia, ac cautione adhibita, seruauit incolumen, & tam fidam custodem, ministramque tam sedulam ei se præbuit, vt pedes eius lauaret, & res ad victum necessarias, aliasque etiam omnes, quas natura, dum vrget necessitas, nos subire cogit, ipsa sola subministraret: quin etiam libros, quibus opus habebat, ab alijs pro eo mutuò acciperet. *Latuit etiam Athanasius in proprij parentis sepulchro per multos annos, sicut refert Socrates, quo tempore non est cur credamus, torpuisse illius manum, & linguam otio, sed vibrasse ex eorum locorum latibulis assiduè tela in aduersarios. Quòd item episcopi concionarentur,*

Sozomenus lib. 5 Hist. Eccles. cap. 6.

Socrates lib. 4. Hist. Eccl. cap. 9.

MVM et

& scriberent, iuxta temporum opportunitates, sancti Hilarij auctoritate ac testimonio confirmatur; Mihi quidem præter studij mei, atque officij necessitatem, qua hoc ecclesiæ episcopus prædicationis Euangelicæ debeo ministerium; tamen eò propensior cura ad scribendum fuit, quò magis plures periculo infidelis intelligentiæ detinebantur. *Pacianus quoque hoc de seipso loquens habet;* Conabor, vt potero tantæ virtutis exemplum etiam stylo condere ac dominici laboris industriam mediocritate, qua dignũ est, seruus imitabor. Vnum illud vereor, dilectissimi, ne solitæ contrarietatis aduersis, inculcando quæ fiunt, admoneam magis peccata, quàm reprimam. *Egregium pariter extat exemplum Ioannis Chrysostomi, qui cùm esset in exilio, et summas experiretur calamitates, tot epistolas scriptas reliquit, et præsertim insignes illas ad Olympiadem. Simulque Nicephorus testatur, magnanimum hunc virum numquam intermisisse scriptionem, cùm in angustijs degeret vitam, ac penè extremis malis premeretur.*

Hilarius lib. 8. de Trin.

Paulanus Parænesi ad Pœnitentiam.

Niceph. Histor. Eccles. lib. 13. cap. 37.

NVM

NVM IGNORANTIA EXCVSAre possit Episcopum minimè concionantem.

Caput XIII.

RELIQVVM est hoc loco, vt consideremus, possintne Episcopi ad sui defensionem illud afferre, quòd videlicet suggestum ipsi minimè conscendant exigua sacrarum rerum cognitione, exiguoque declamandi vsu deterriti. Verùm, hæc prætermissi officij excusatio iusta non caret reprehensione, augetque potiùs culpam, quàm minuat, summamque arguit ignorantiam earum rerum, quas maximè scire eos oporteret. Nostra hæc ætas suppeditat eam librorum copiam, quam quisque velit, habetque meliores præclararum artium magistros, quorum familiari consuetudine vti possit, atque ingentes vtilitatis fructus haurire. Quapropter, si ignorantiam accuses, tuam ipse profectò ignauiam et socordiam prodis. Neque enim pastori, et episcopo cupienti atque optanti fructus otij denegatur ad eas artes celebrandas et recolendas, quibus non modò suum, sed aliorum quoque animos eleganter expoliat et exornet. Negotia siquidem, Imperatorũ negotia.

et cura, in quibus versantur, non adeo eos impediunt, sicuti proprijs impediebantur olim negotijs magni illi exercituum Imperatores, quibus totius rei bellicæ cura et administratio incumbebat; in castris tamen legebant illi interdum, et dictabant, eorumque dicta et scripta nulla vnquam vetustas obruet, et nulla delebit obliuio. Sic igitur viuendum est in vita, vt tempus æquè in suas horas diuidatur; disponanturque negotia iuxta temporis opportunitatem, et in victu, cultuque corporis mediocritas adhibeatur, in quo, sicuti in omnibus rebus, optima est. Ita enim longissima esse dierum, noctiumque spatia experiemur, neque nobis tempus, sed nos potiùs tempori deesse, cùm frustra illud delabatur. Sed percunctor ab ijs necesse est, grauioribusne ipsi occupationibus, et negotijs distineantur, quàm premebatur olim magnus ille Augustinus, qui, sicut refert Possidius, habuit in studendo laborem æternum, et constantiam incredibilem, vt vel sibi pararet materiem, et rerum argumenta seponeret, quibus ad scribendum opportunè vteretur, vel dictaret, vel iam scripta, et dictata expoliret. Possidij autem verba sunt huiusmodi; Quibusque ille dispositis, & ordinatis, tanquam à rebus mordacibus, & iam molestis, animi recursum ad interiora mentis, & superio-

Augustini studium.

Possidius in vita Aug. cap. 24.

rà faciebat, quo vel de inueniendis rebus cogitaret, vel de iam inuentis aliquid dictaret, aut certè ex iam dictatis, atque transcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans, & in nocte lucubrans. *Tanto praterea studio, ac solicitudine singulas diurni, nocturnique temporis horas Augustinus custodiebat, vt de eo hæc scripta legantur;* Et ad longam quidem epistolam conscribendã magis mihi otium, quàm facultas deest, occupatissimo scilicet Ecclesiasticis curis, à quibus pauculæ temporum stillæ vix recreant, vel cogitantem aliquid, vel ea, quæ magis vrgent, & mihi videntur pluribus profectura dictantem, vel reficientem corporis vires nostræ necessarias seruituti. Nam verba non desunt, quibus possit multa charta compleri, sed quod à nobis in eadem sermonis prolixitate desideras, ad hoc me idoneum non esse respondeo. *Scire insuper contendimus, num maiora ipsi negotia tractent, quàm ea, quæ gloriosus noster Parens Ambrosius tractabat, de quo in hunc modum loquitur Augustinus;* Nec ille sciebat æstus meos, nec foueam periculi mei: Non enim quærere ab eo poteram, quod volebam, sicut volebam, secludentibus me ab eius aure, atque ore cæteruis negotiosorum hominum, quorum infirmitatibus seruiebat, cùm quibus

Epistola 140. ad Audacem.

Augustin. lib. 6. Confess. cap. 3.

quando non erat, quod per exiguum temporis erat, aut corpus reficiebat neceſſarijs ſuſtentaculis, aut lectione animum. *Quot, et quanta hæc negotia, quæ animum, mentemque Ambroſij aſſiduè agitabant, et circumſepiebant? Hæc nihilominus numquam eum à ſtudio potuerunt auocare. Eodem loco hæc ſubdit Auguſtinus, cùm de Ædibus Pontificijs loqueretur.* Non enim vetabatur quiſquam ingredi, aut ei venientem nunciari mos erat, ſic eum legentem vidimus tacitè, & aliter numquam. Perſæpe diſcedebamus, & coniectabamus, eum paruo ipſo tempore, quod reparandæ menti ſuæ nanciſcebatur, feriatum ab ſtrepitu cauſarum alienarum, nolle in aliud auocari. *Paulòque poſt proſequitur narrando morem Ambroſij, qui leni ſubmiſſaque voce legere conſueuerat;* Sic tacitè legebat, tum propter enodandas maximas difficultates, & etiam cauſa ſeruandæ vocis, quæ illi facillimè obtundebatur. *Hìc ſi velis, facilè intelliges, quàm grauia eſſent Ambroſij ſtudia, quamve induſtriam, et laborem rerum argumenta ſibi poſtularent, quæ pra manibus habebat. Sed hæc apertiùs habentur libro primo de Officijs, capite primo; vbi Ambroſij in ſtudendo perpetuitatem et conſtantiam videmus; vbi ipſius labores, induſtriaque fructus vberrimi apparent.*

Ipſius

Ipsiusmet Doctoris verba, tamquam huius loci dignissima, proferamus; Discendum mihi simul, & docendum, quia raptus de tribunalibus, atque administrationis infulis ad sacerdotium, dicere debeo, quæ antea non didiceram. *Optimè enim sanctissimi illi Antistites callebant, prodesse sibi multùm bonarum artium cognitionem, et scientiam, obesse verò maximè ignorantiam, à qua mala omnia prosiliunt et scatent, quemadmodum Toletanum ait Concilium Quartum sub Honorio primo, et Arelatense Quartum.* Ignorantia, mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui dicendi officium in populis susceperunt. *Hæc eadem citantur à Burcardo libro primo, capite centesimo, à Iuone parte quinta Decreti, capite ducentesimo secundo, ab Anselmo libro septimo, capite centesimo quinto. Locos hosce omnes, hasque auctoritates referre voluimus, vt inde omnes intelligerent, quanto in honore scientia olim apud maiores haberetur, eam conuertentes ad diuina prædicationis vsum, et vtilitatem. Atque id præstare eò magis conabantur tanti nominis viri, quò magis proprium episcopi munus in docendo consistere animaduertebant. Quinimmo tale munus spectare ad ipsosmet ecclesiæ antistites, affirmat Theodorus Balsamon, dum ea verba*

Cap. 24.

Sub Carolo, cap. 3.

Cano-

Canonis decimi noni Synodi Trullana perpendit; Nota ergo ex hoc Canone, quòd populũ docere ſolis epiſcopis datũ eſt, & magnæ Eccleſiæ doctores Patriarchæ iure docent. *Quapropter epiſcopos ita excellere doctrina, et rerum cognitione oportebat, vt præcipuum ipſi locum inter eos tenerent, qui ſuæ fidei traditi fuerant, quemadmodum verba ſeptimæ Synodi videntur indicare*; Conſtantinus ſanctiſſimus Conſtantiæ, quæ in Cypro eſt, epiſcopus inquit, oportebat vos epiſcopos exiſtentes ab alijs non debere doceri, ſed aliorum eſſe doctores. *Maximè igitur epiſcopum decet, vt ſubiectos ſibi populos doceat, nec ab ijs ipſe patiatur erudiri. Neque eſt, cur ignorantiæ integumento cooperire ſe contendat, cùm de ea ſic magnus Ambroſius loquatur*; Vobis quaſi liberis tradimus, quæ ſpiritus ſapientiæ manifeſtauit nobis, cùm effugere non poſſimus officium docendi, quod nobis refugientibus impoſuit Sacerdotij neceſſitudo. *De ſcientia item epiſcopi hæc admiranda verba Sanctus Hieronymus habet*; Tanta debet eſſe ſcientia & eruditio Pontificis Dei, vt & greſſus eius, & motus, & vniuerſa vocalia ſint. Veritatem nempe concipiat, & toto eam habitu reſonet, & ornatu, vt quidquid agit, quidquid loquitur, ſit doctrina populorum. Abſque tintinnabulis enim, & diuerſis

Actione 1.

Ambroſ. lib. 1. de offic. cap. 1.

Hieronymus Epiſt. 128. ad Fabiol.

uersis coloribus, & gemmis, floribusque virtutum nec sancta ingredi potest, nec nomen antistitis possidere. *Augustinus insuper, cùm ea Apostoli verba ad Ephesios explanaret*; Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, *pastoris, et doctoris munus ita inter se connectit, vt simul eos velit esse et pastores, et doctores*. Vt intelligerent, *inquit*, pastores; ad officium suum pertinere doctrinam. *Et alibi etiam ita loquitur*; Hoc tamquam vnum aliquando duobus nominibus complexus est, quosdam autem pastores, & doctores. *Neque in eo solum requiritur publica sanctitatis, atque virtutis existimatio, sed doctrina etiam, et scientia, quemadmodum Isidorus libro secundo de Ecclesiasticis Officijs commonstrat*; Episcopo scripturarum scientia necessaria est; quia si episcopo sit tantùm sancta vita, sibi soli prodesse potest sic viuens: porrò si doctrina & sermone fuerit eruditus, & potest cæteros quoque instruere, docere suos, & aduersarios repercutere.

Augustinus Epistola 59. ad Paulinum ad nouem quæst. cap. 2.

Isidorus lib. 2. de Ecclesiast. offic. cap. 5.

QVAM

QVAM DOCTRINAM ESSE IN Episcopo oporteat.

Caput XIV.

SED quarum præcipuè rerum scientiam, & cognitionem profiteri debere episcopos censeamus? Certum enim est, viros etiam doctos ignorare aliquando ea, quæ plurimùm faciunt ad sui muneris administrationem. Qua doctrina præditum esse episcopum deceat, à Concilio Nicæno Generali secundo declaratur in hunc planè modum; A Metropolitano autem bene examinari, an ad sacros Canones diligenter, ac cum perscrutatione, non autem obiter, cursimque legendos prompto, paratoque sit animo, & sacrum etiam Euangelium, & librum diuini Apostoli, omnemque diuinam scripturam, & in diuinis præceptis versari, & populum docere. Nostræ enim Hierarchiæ substantia sunt eloquia diuinitus tradita, diuinarum scilicet scripturarum vera scientia, sicut & magnus ait Dionysius. Si quis autem dubius animi fuerit, & non lubenter hæc facere, & docere voluerit, non ordinetur. *Nicæni huius Concilij vestigia prosequendo, Concilium Cabilonense secundum hæc ità habet;*

Actione 7. Can. 8.

MAVO

habet; Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimẽtis animas sibi subditas satiare nõ cessent &c. *Et paulò post*; Canones quoque intelligant, & librum Beati Gregorij Papæ de cura Pastorali, & secundùm formam ibidem constitutam, & viuant, & prædicent. *Admonentur hoc loco episcopi, vt animum mentemque ad diuinarum Litterarum studium conuertant, et profanorum scriptorum monumenta deserant omnino, si in ijs peruoluendis toti fortasse antea essent. Ac Sancti Ioannis Chrysostomi, cui eloquentiæ gloriam nullus vnquam abrogauerit, tanta fuit in id religio, vt cùm Demosthenis fortè exemplum allaturus esset, suppresserit illius nomen, dixeritque de externo quodam oratore (Demosthenem autem designabat) proditum tale quiddam fuisse. Atque Desiderium Episcopum Sanctus Gregorius obiurgat, ideo quia Grammatica magister vltro sit factus, monetque, vt reputet ipse secum, quàm fœda res sit, Iouis, et Christi laudes eodem ore pronuntiari. Praterea, plurimi ea verba facienda sunt*; Canones quoque intelligant. *Neque enim in eo solùm studia versari episcopum iubent, à quo passim per scholas, doctoris nomen, et laureola desumitur, sed*

sub Carolo cap. 1.

Chrysostomus Hom. 7. ad Pop. Antioch.

Gregorius lib. 2. Epistol. epist. 14. indict. 10.

Sacrorum Canonum studium.

in illo etiam, quod veteres Patres summopere commendabant, et prosequebantur. Ab hoc siquidem studio Christiana disciplina, et earum rerum parabatur notitia, quæ ad Ecclesiasticam administrationem summæ erant vtilitatis et fructus. Hoc quoque studium amplecti debere antistitem, Concilij Aquisgranensis verba videntur indicare; Cuius præ cæteris, speciale officium est, scripturas legere, percurrere Canones, exempla Sanctorum imitari. *De hoc nos studio Librum iam antea composuimus, cuius non modò vtilitatem, sed viam etiam, qua quis illud facilè persequi posit, monstrauimus. Deinde sacrarum Litterarum, et antiquorum Canonū cognitione, ea Concilij Toletani quarti verba recitantur, quæ item à Concilio Arelatensi Quarto, capite tertio, à Burcardo, Yuone, & Anselmo referuntur;* Sciant sacerdotes igitur Scripturas sanctas, & Canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina. *Multum ego discrimen, quemadmodum et Concilium facere videtur, intercedere inter eos crediderim, qui multum temporis in ea Canonum tractatione, et disputatione consumunt, quæ ad forum Iudiciale pertinet, et inter eos, qui consistunt in exercita-*

Sub Ludouico Pio. cap. 9.

Cap. 24.

tione et vsu earum rerum, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam respiciunt, & administrationem, diuinamque prudentiam, inquirendo altiùs non nuda solùm decreta, sed eorum etiam causas, principia, et occasiones. Quòd ad sacrarum Litterarum studia pertinet, non possumus nisi summo animi mœrore admirari nonnullos nostræ ætatis antistites, qui sine vlla sacrarum Litterarum cognitione, ad multum tempus episcopali munere funguntur. Vereor, ne grauiora illis accidant, quàm ea, de quibus conqueritur magnus Chrysostomus, dum nonnullos affirmat reperiri, qui numerum epistolarum Sancti Pauli ignorarent. Id plerumque accidit animarum pastoribus, siue quia libros non tractent, siue quia earum rerum studijs tantùm intenti sint, atque adhæreſcant, quæ ad animarum curam, et administrationem, aut parùm, aut nihil pertineant. Sed quàm assiduos oporteret esse præsules in sacrarum Litterarum lectione, atque in arte concionandi; præclara hæc Augustini verba commonstrant; Tunc enim ordinatus sum, cùm de ipso actionis tempore ad cognoscendas diuinas scripturas cogitaremus, & sic nos disponere vellemus, vt nobis otium ad hoc negotium posset esse. Et quod verum est, nondum sciebam quid mihi deesset ad tale opus, quale me

Chrysostom. in Procem. epist. ad Rom.

August. epistola 148.

nunc torquet, & conterit. *Ex quibus verbis apertè colligimus, optasse eum vehementer aliquod temporis spatium à quotidianis episcopalibus negotijs liberum, vt commodiùs diuinarum Litterarum cognitionem consequeretur. Eodem rursus loco faciliorem aperit viam ad earummet intelligentiam hisce verbis*; Quomodo autem hoc fieri potest, nisi quemadmodum ipse Dominus dicit, petendo, quærendo, pulsando, idest, orando, legendo, plangendo? Ad quod negotium mihi paruum tempus, vel vsque ad Pascha impetrari volui per fratres à tua sinceriſſima, & venerabili charitate, & nunc per has preces volo. *Narrabo hoc loco illud, quod Gratianus refert de quodam antistite, qui à Gregorio reprehensus acriter fuit, non quia humanas, ciuilesque litteras didicisset, sed quia loco Euangilica lectionis, exponebat populo Grammaticam, et prima litterarum elementa. Quod quidem negotium ab episcopali munere planè alienum erat. Haud equidem ego negauerim, id in eo pastore accidisse, propterea quòd vel pertractare libros ignoraret, vel certè contentus ijs, quæ iam didicerat, nouum rursus insumere laborem recusaret, quemadmodum pleroſque nostra huius otiosa ætatis facere experimur.*

Distinct. 37. post cap. Turbat. & distinct. 86. cap. Cùm multa.

DE

DE FORMA PISCOPALIS Concionis.

Caput XV.

QVALEM esse oporteat episcopalem concionem, reliquum est, vt hoc loco demonstremus. Concionandi enim artem, ac leges ignorare plerique affirmant, neque illud orationis decus, et eam maiestatem posse sustinere, quæ eos maximè deceret. Non carent dignitate ea Isidori verba, quæ libro secundo de Ecclesiasticis Officijs habentur, capite quinto; Huius autem sermo debet esse purus, simplex, & aptus, plenus grauitate, & honestate, plenus suauitate, & gratia, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de disciplina Iustitiæ: vnumquemque admonens diuersa exhortatione, iuxta professionis, morumque qualitatem, videlicet, vt prænoscat, quid, cui, quando, vel quomodo proferat. *Hanc eandem dicentis episcopi imaginem repræsentant Concilium Aquisgranense sub Stephano Quinto, capite nono, & Rabanus libro primo de Institutione Clericorum, capite quarto. Ex allatis Isidori verbis summam sibi possunt antistites parare prudentiam*

Isidorus lib. 2. de Eccleſiaſt. offic. cap. 5.

tiam, & ea rerum argumenta, quæ apta erunt ad concionandum, videlicet de nostræ fidei mysterijs, et dogmatibus, de virtutibus, de bonis moribus, et disciplina populi, et de eiusmodi rebus. Animaduerti ego, Augustinum hæc de Parente nostro Ambrosio litteris consignasse, cùm illius in concionando modum ac formam designaret. Cuius summi concionatoris exemplum placet hoc loco intueri, vt mox ad reliqua pergamus. Hæc Augustinus, vbi primùm Mediolanum venit, captus illius amore ac desiderio pronuntiauit; Et eum amare cœpi primò quidem, non tanquam doctorem veri, quod in Ecclesia tua prorsus desperabam, sed tamquam hominem benignum in me, & studiosè audiebam disputantem in populo, non intentione, qua debui, sed quasi explorans eius facundiam, vtrum conueniret famæ suæ, an maior, minorve profluceret, quàm prædicabatur, & verbis eius suspendebar intentus. *Satis hæc verba excelsam esse, et magniloquam Ambrosij orationem declarant; idque magis ex eiusdem Augustini testimonio comprobatur, qui eodem libro, capite sexto, de Fausti Manichæi oratione nonnulla proferens, inter cætera subdit, fuisse illius orationem quodammodo cassam & inanem, licèt verba suo ipsa lepore ac venustate non carerent. Hæc*

August. de orat. Ambrosij testimonium.

Augustinus lib. 5. Confess. cap. 13.

Fausti Manichæi oratio.

ego

ego libenter capi narrare, cùm agnouerim, episcoporum aliquos, hac nostra præsertim ætate, suum proprium munus ignorantes, ita solitos esse pronuntiare, vt dicerent, non deesse suo muneri pontificem, dummodo habeat aliqua de sugestu, et multitudinem ita alloquatur, ac si domesticos et familiares sine vllo verborum apparatu, ac labore alloqueretur. Id dicendi genus pastorale officium requirere aiunt, & hanc esse pontificis orationem oportere. Talia qui affirmant, videntur antiquorum Patrum monumenta pra manibus numquam habuisse, neque ea, si interdum habuerint, suo pondere ac momento perpendisse. Magni siquidem Chrysostomi conciones, quæ multum habebant artis, et ornamenti, ex eorum quidem opinione, ac sententia, pastorali spiritu, & modo carerent, et Basilij oratio, qua vehemens erat, et sententiarum luminibus illustris, ex pastoris ore minimè proficisceretur, et demum Gregorius Nazianzenus, summi pastoris partes non sustineret, cùm orationem ad multitudinem haberet exquisitam nimis, ornatam nimis, et à communi, vulgataque dicendi consuetudine remotissimam. Quapropter scire contendimus ab ijs, vtrum amplissimi illi eloquentiæ proceres, vel sui nominis decus, et officij leges in dicendo neglexerint, an verò per-

Veterum Patrum oratio

sona,

ſona, ac dignitatis ſuæ memores, decorum illud quouis alio dicente perfectiùs cuſtodierint. Si primùm, quoſnam oratores dignos eſſe ea laude cenſebimus? Si alterum, quàm anguſtis nimiùm terminis circumſcripſerint ſuperiùs epiſcopi oratione, facilè erit iudicare. Quinimo Gregorius idem Nazianzenus hac de ſua oratione habet;

Gregor Nazianz. orat. 23.

Atque hæc nobis ad vos breuiter non diſputandi, ſed docendi modo, non Ariſtotelico, ſed piſcatorio, non improbè ac veteratorie, ſed ſimpliciter, non circumforaneè, ſed concionatoriè, & Eccleſiaſticè, non ambitioſè, ſed vtiliter dicta ſint. Quæ verba veram Eccleſiaſticæ, ac paſtoralis orationis imaginem atque formam omnium ante oculos ponunt. Ideò, Cyrillus Ieroſolymitanus fucatam orationem eſſe ait Hæreticorum, qui blandiloquentia ſeducunt corda.

Cyrill. Ieroſ. in Catech. Quarta Illuminatorum.

Quapropter, qui ita ſtatuunt, in magno verſantur errore; ſiquidem nullum eſſe diſcrimen putant in eo, quòd videlicet rem aliquis facere poſſit, et eam debeat explere. Poterunt interdum epiſcopi, pro ſuo arbitratu, et prout rei neceſſitas poſtulabit, ad hominum multitudinem familiariter, et ſine vlla verborum pompa concionari, et in eum etiam planè modum, quem priuatum, ac ſimplicem ſacerdotem fortaſſe non deceret; ſed hoc dicendi genus perpetuò adhibere

non

non fuit illis imperatum; immo, si à natura bene constituti, et apti ad dicendum, id ipsi præstarent, rem exequerentur parùm laudabilem, si ad veterum Patrum exempla respiciamus. Arbitrium verò, & facultas ita loquendi data est pastoribus, et concessa à supremo dignitatis gradu, et potestate, quam ipsi exercent in eos, qui suæ fidei ac tutelæ commendati fuerunt. In hanc sententiam accipienda ea sunt, qua Prosper libro primo de vita contemplatiua, capite secundo, et Concilium Aquisgranense sub Stephano Quinto, capite vigesimo sexto, scripta reliquere; Quid ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus, vt non solùm benè viuendo, alios exemplo suæ conuersationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, singulis ante oculos peccata sua constituat. *Hæc fiducia, de qua hìc sermo est, censenda est episcopi propria, neque eam sibi assumere alter poterit, cùm auctoritatem, et imperium in subiectos sibi homines, solus acceperit episcopus à diuina, et Ecclesiastica potestate.*

NATVRÆ IMPEDIMENTA, atque auxilia ad concionandum.

Caput XVI.

VERVM, quoniam temporis vsu, industriaque, ac labore earum rerum cognitio comparari potest, quæ antea ignorabantur, operæpretium esse hoc loco videtur, vt nouam aliam rationem diligenter perpendamus, quam afferre solent tamquam viuidiorem ac fortiorem episcoporum aliqui, vt se ab hoc episcopali munere liberos atque immunes omnino reddant. Aiunt enim; à natura non habere adiumenta dicendi, sed aliarum potiùs rerum gerendarum; quæ tamen ad officij quoque sui partes pertinent; atque aiunt, naturam munera varia esse, et eam, quæ ni parcè & ieiunè attribuit, alteri largè et effusè impartiri. Quocirca propter varias animorum propensiones, morumque dissimilitudines, volunt, vt qui valent ad dicendum, publicè dicant, qui viribus, et ingenio non pollent, silentio ac taciturnitate vtantur. Sed vellem ego, vt isti præberent attentas, et benignas aures ad ea, quæ mox à nobis afferentur. Adeò diuersa sunt dicendi genera, quæ suam ferunt laudem, & ad

perfectum quoque oratorem attinent, vt fieri non posse existimem, quin episcopi, si velint in vno genere separatim laborare, in eo egregiè non excellant. Duplex enim esse potest oratio; concitata vna, fortis, vehemens, abundans, et artificiosa; altera, tota placida, submissa, breuis, nuda, et simplex. Quapropter Marcus Tullius summus artis magister tradidit, magnos existere posse oratores in dispari dicendi genere, cùm diuerso itinerum anfractu, vnusquisque possit metam illam vltimam perfecti oratoris attingere; aitque idem Tullius, sua quosdam ætate viros floruisse, qui varietate loquendi, parem fere laudem, parque nomen in dissimili scribendi genere consecuti fuerunt. Nunc ego ad credendum non ita facilè adducar, vt episcoporum aliquis reperiatur, qui ad populum dicere nesciat magna cum laude, aut mediocri saltem, styloque vti non possit, si non magnifico et sublimi, infimo saltem ac demisso. Manet enim huic stylo sua laus, et fama, hocque dicendi genus summi interdum oratores adhibuere. Verùm, ego audire videor vnum ex illis dicentem, se videlicet non posse nisi humiliter ac demisse concionari de suggestu, foreque semper suam orationem abiectam nimis, et serpentem humi. Huic ego animi mei sensum liberè exponam, sed pace sua dictum sit, et hac à

Duplex orationis genus.

M. Tullius lib. 3. de orat.

me præcipuo quodam ardore charitatis concitato, excipiat. Mea hæc est sententia, vt per aliquod tempus bonarum artium scriptorem ad cognoscendum, imitandumque peruolutet, ex quo deinde hauriat aliqua saltem orationis ornamenta, stylumque tractet, et extollat. Quem exiguum laborem detrectare qui volet, se flagrantissima ea charitate minimè esse inflammatum significabit, qua commissum sibi gregem fouere oporteret; suamque segnitiem atque inertiam nullo excusationis integumento, in diuini Numinis conspectu poterit contegere ac dissimulare. Reuocanda sunt in memoriam, et adspectum ea Apostoli verba, quæ sic habent; Existimo enim nihil mè minus feciſſe à magnis Apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem manifestati sumus vobis. *Quo loco apertè commonstratur, fuisse illius orationem ab omni verborum pompa, ab ijsque seueris nimiùm, et minutis dicendi legibus remotissimam. Ita siquidem de magni huius concionatoris in dicendo ornatu Ambrosius, et Hieronymus affirmauere. Floruit tamen eloquentissimi, et sapientissimi viri fama, talisque communi aduersariorum ore celebrabatur, quemadmodum Apostolorum monumenta tradiderunt. Memorabo præterea illud, quod de dictis, et factis sancti Caroli, scriptorum ne*

2. ad Corint. cap. 11. v. 5.

Comment. in Epist. 2. ad Corinth. cap. 11. In 2. libro Comment. ad Ephes. ad Paulum, & Eusloch. Et in Epist. ad Algasiam. q. 10.

S. Caroli pronuntiatio.

rumne aliqui attigerint, haud scio. Magnus hic vir, cùm expeditiore lingua minimè vteretur, nec à natura aptè promptus esset ad concionandum, assiduo labore & studio naturæ incommodu superare conabatur, vt inde nimirum omnes animaduerterent, ipsum in eo non loquendi dulcedine se exercuisse, sed vt suo solùm muneri planè satisfaceret. Inter cætera exempla, quæ linguæ vitio laborantibus proponunt quid ab ipsis agendum esset, magnum illud est Vincentij Leuitæ, et Martyris exemplum, qui Valerij episcopi Cæsaraugustani partes in concionando obibat, cum is pronuntiationem non haberet à natura commodissimam. Quæ res confirmatur testimonio et auctoritate sancti Antonini prima parte Chronicorum, titulo octauo, capite primo, paragrapho vigesimo secundo, et Bonini Mombritij, tomo secundo, in vita Sancti Vincentij, & Vincentij quoque Beluacensis, in Speculo Historiæ, libro duodecimo, capite centesimo vigesimo quarto. Ad hæc verò illa quoque accedunt, quæ diuini scriptores nobis reliquere, cùm de eiusce-modi naturæ impedimentis loquerentur. Is, inter cæteros, Athanasius fuit, qui Dracontium episcopatum fugientem, in hunc modum alloquebatur; Ex quo episcopus factus es, populi adspectant, vt cibum illis feras ex doctrina scriptura-

Athanasius ad Dracont.

pturarum. *Paulòque inferius*; Iam igitur, siue sis gracili voce, siue impediriori lingua, verere semper eum, qui ita te finxit, Deum, siue te iuuenem nimis dicas ad prædicationem, metue tamen eum, qui priusquam formareris, nouerat te. *Præterea, nominatim nonnullis præsulibus designatis, statim hæc subdit*; Susceperunt hanc curam, neque ministerium hoc aspernati sunt, neque propterea se ipsis deteriores facti sunt, sed & laboris mercedem expectant, proficientes ipsi, aliosque proficere adhortantes. Quot ab Idolis conuerterunt? Quot à furiosa, & Dœmoniaca consuetudine suis admonitionibus compescuerunt? *Neque ego negauerim ea Concilij Aquisgranensis secundi sub Gregorio Quarto, et Ludouico Imperatore, capite vndecimo partis secundæ, verba, quæ ita de tarditate linguæ habent*; Dignum etiam duximus, vt vnusquisque episcoporum studeat ministros suos pro modulo possibilitatis benè instruere, vt si fortè contigerit, aliquem episcoporum tardiloquentem esse, aut infirmitate aliqua impeditum; habeat tamen ministrum doctum, qui eius vice pabula Verbi diuini populo administrare possit, vel etiam si episcopus de hac mortalitatis luce transierit, vt Ecclesia, si à Domino factum fuerit, doctore futuro non

indi-

indigeat. *Vera quidem hæc sunt, sed adeo vera, vt si rectè perpendantur, episcopo etiam imperent, ne aliquem è superiore loco dicentem patiatur, quem ipse prius non docuerit, erudieritve. Quæ cùm ita sint, rudem esse et ignarum declamatoriæ huius artis minimè decet episcopum, neque ita facilem esse decet, permittendo, vt quicumque concionatores, præsertim verò peregrini, et aduena suggestum ascendant, commissumque sibi gregem diuini Verbi prædicatione recreent, et pascant. Lingua præterea calamitatem comitatur interdum infirma corporis valetudo, quæ sicut, vt plurimum, alloqui pastorem patitur; ita quemadmodum ego arbitror, in nostris Italiæ finibus nulli erunt antistites, qui hoc vitio natura adeo laborent, vt de suggestu aliquando docere non possint.*

DE PVSILLANIMITATE.

Caput XVII.

MVLTI tamen hac nostrorum temporum calamitate reperiuntur, quos ego existimo impediri pusillanimitate quadam, et verecundia, ne suggestum ascendant, credentes nimirum se non posse sustinere dicendi munus illud, nec esse sibi

sibi tantum animi, quantum ea res requirat. Verum, ij quoniam minimè dubitant principes alloqui viros, idque constanter, et sæpe faciunt, lubet mihi præeunctari ab hominibus hisce timidis, et verecundis, putentne difficilius imperita satisfacere multitudini pauciſque nobilibus, si qui fortè ad audiendum conuenerè; an verò viris ampliſsimis, qui latè dominantur atque potiuntur imperio terrarum. Fortaſſe dicent aliqui, laborare ſe memoria difficultate, atque, cùm in ſuggeſtum venere, dilabi prorſus ea, quæ prius excogitarant. Si liberè proferam quid de me ipſo, cæteriſque ſentiam, magis vtique pertimuerim, quod non perfectè ſciam, quàm quòd memoria, et recordatione vacillem. Innumeris enim penè modis poteſt expleri, ſi quid vitij fuerit in memoria; raro enim accidit, vt obliuiſcamur, ac ſi qua fuerint obliuionis incommoda, ea non debebunt eſſe tanti, vt graue concionandi munus intermittatur. Scilicet paterna gregis cura, paſtoraliſque ſolicitudo firmare poteſt epiſcopi animum, vt perferat longè etiam duriora, ſi res poſtulabit. Ad ſolatium eorum, qui ſunt animo timido ac puſillo, referam exempla, quibus poſſe confirmari multos exiſtimaui. Franciſcum Toletum habuit ætas noſtra magni nominis concionatorem. Is in dicendo, certa quædam

Franciſci Toleti concio.

capita

capita rerum sibi tractanda proponebat atque orsus à primo capite, caput illud argumentis confirmare quatuor aiebat sibi esse in animo. Ita, cùm primam, secundam, tertiamque rationem explicasset, harebat in vltima, quam cùm reperire non posset, interiecto modico silentio, sibi excidisse quartam ingenuè fatebatur; ac proinde ad reliqua transeundum. Hæc ipsa libertas dici non potest, quantum auctoritatis adderet viro, et quàm altè supra auditores eum efferret. Certè minùs erit episcopo timendum, ne apud populares suos offendat, quàm fuerat illi concionatori, cuius oratio habebatur in doctissimorum, et sæpe magnorum virorum conspectu. Speronus item ille, cuius inclyta fama est inter litteratos, cùm Patauij orationem haberet summo studio conscriptam, et accuratè ab ipso memoria comprehensam, postquam aliquandiu est allocutus, nequiuit vlteriùs progredi memoria vitio; constantique vultu auersus in eum, qui descriptam orationem tenebat, clara voce, vt omnes audirent, iussit ea verba sibi suggeri, in quibus ipse substitisset. Id liberale factum fuit fortasse ipsa laudabilius oratione; et certè magis celebratur, cùm sit adhuc in sermonibus hominum; argumentum verò orationis fortasse adhuc ignoretur. Petrum quoque Bargeum scimus, dum orationem ipse

Speroni oratio.

Bargei oratio.

quoque lùculentam haberet, ſic repentè deſtitu-
tum fuiſſe memoria, vt eam continuare non poſ-
ſet. Expalleſceret alius in tali tempore, totuſque
contremiſceret, neque vllam conſilij viam expli-
caret: At ipſe tranquillitate mira, iniecta in
ſinum manu, commentariolum extraxit, ſtatim-
que reperto loco, in quo ſubſtitiſſet, ſermonem
inſtitutum egregiè eſt proſecutus. Hiſce varijs
oratorum caſibus, declaratur ipſorum animus,
et prudentia, conſtantia quoque, et rerum
cognitio; neque dedecus et ignominiam ſe-
cum afferunt vllam, ſi quis rectè mo-
derare rem ſciat, ſed famam, et
nomen augent potiùs, et
apud omnes magis in-
clareſcunt.

DE

DE CONCIONANTE EPISCOPO

LIBER TERTIVS.

DE GENTIVM DIIS.

Caput I.

SI tertio hoc libro, petitis ex omni temporum, & nationum, et legum varietate, ex omni ferè ordine, ætate, et sexu probationibus, demonstratum fuerit, proprium esse munus episcopi concionari, nec ad alium id pertinere, magis erunt, vt arbitror, hæc argumenta firmissima, cùm scilicet contineant, atque ostendant communes Vniuersitatis huius leges, & consuetudines, quas violare non licet. Nec solùm ex veris rebus petentur argumenta, sed etiam ex falsis, quæ tamen magnam in hoc suscepto munere auctoritatem obtinebunt, et certissimæ veritatis loco

haberi debent. Magnum hoc declamandi munus obibant olim ſummi, & excellentes viri, quique nominis ſplendore ac fama cæteros antecedebant. Quapropter Homerus ſapientia, doctrinaque clarus Iouem introducit, qui omnes Deos, Deaſque omnes in hunc modum alloquatur.

Homerus lib. 8. Iliad.

Aurora quidem croceâ veſte ſpargebatur totam per terram.
Iuppiter verò Deorum concionem habuit gaudens fulmine,
Summo in vertice cacuminoſi Olympi.
Ipſe autem ipſis concionabatur, Dij verò ſimul omnes auſcultabant.
Audite me omnes Dij, omneſque Deæ,
Dum dicam quæ me animus in pectoribus iubet.

Idem quoque magni nominis Scriptor Iouem iterum in ampliſſimo Deorum conſeſſu inducit ad

Lib 2. Iliad.

loquendum, tamquam illius concilij, quod in ipſiuſmet domicilio celebrabatur, arbitrum ac moderatorem; ipſique tantum tribuit auctoritatis, et imperij, vt pro ſuo poſſit arbitratu cogere in vnum nubes, regere ventos, et ingruentibus procellis, atque grandinibus imperitare. Poeta item, qui vanitatis, ac mendaciorum integumentis, veritatem plerumque ipſam occultarunt, finxere inter Deos Mercurium, qui cæteros ſua facun-

facundia flecteret in omnes partes, et Deorum voluntates mortalium generi denudaret. Hunc facundia Deum alius dixit, alius præconem Deorum; summi præsertim Iouis nuncium alij dixere, vti Lucianus affirmauit, et Virgilius, cùm de Mercurio loqueretur;

Lucian. in Dial. Mercurij, & Musæ.

Dixerat: ille patris magni parêre parabat
Imperio: & primùm pedibus talaria nectit
Aurea.

Virgilius lib. 4. Aeneid 4.

Horatius quoque de proprio Mercurij munere loquens, hæc habet;

Mercuri facunde, nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus, & decoræ
More palæstræ:
Te canam magni Iouis, & Deorum,
Nuncium, curuæque lyræ parentem,
Callidum quidquid placuit iocoso
Condere furto.

Horatius lib. 1. Ode 10.

Mercurium præterea Seruius in ea Æneidos carmina, caduceatorem egregiè appellauit, cùm orationis suæ vi bella derimeret; Et Hermis dicitur à Græcis ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ. *Figmentum etiam illud Statij habemus, quo Iouem facit, qui Deorum cœtus teneat, sua sibi animi cogitata exprimendo. Hæc prima illius verba sunt;*

Seruius in 1. & 4. Aeneid.

At

Statius lib. 1. Theb.

At Iouis Imperio rapidi super atria cæli
Lectus concilio diuum conuenerat ordo
Interiore Polo: Spatijs hinc omnia iuxta
Primæque, occiduæque domus; effusa sub omni
Terra, atque vnda die. Medijs sese arduis infert
Ipse Deis, placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantique locat solio, nec protinus ausi
Cælicolæ veniam donec pater ipse sedendi
Tranquilla iubet esse manu: mox turba vagorum
Semideum, & summis cognati nubibus amnes,
Et compressa metu seruantes murmurea venti
Aurea Templa replent. Mixta conuexa deorum
Maiestate tremunt, radiant maiore sereno
Culmina, & arcano florentes lumine postes,
Postquam iussa quies, siluitque exterritus orbis,
Incipit ex alto: graue, & immutabile sanctis
Pondus adest verbis, & vocem facta sequuntur.

Verùm, ne à poetarum fabulis discedamus, consideran-

sid randum illud est, quod prudenti, maturoque animi consilio, priscæ ætatis viri suis consignauere monumentis, Amphionem videlicet citharam admota suauiter manu plectendo, magna Thebæ mœnia à primis fundamentis excitasse. Siquidem magnanimi est, et generosi ædificare vrbes, & sua orationis moderatione dispersos homines vnum in locum congregare, & à fera agrestique vita ad humanum cultum, ciuilemque deducere. Hac vos artis dissimulatione, et vanissimo figmento, sapientes olim viri admonitos esse voluerunt, ab ipsis oratoribus populi motus, legum religiones, vniuersæ Reipublicæ salutem, et administrationem pendere. Sub hac quoque tempora, Herculem ferunt extitisse ferarum, et bestiarum domitorem, populi ducem, ac patronum, assiduumque alienæ salutis custodem. Ab eius ore fabulosissimè narrátur, pendere catenas, quibus hominum multitudo alligabatur, vt animaduerterent inde vrbium Imperatores, frangenda esse, & contrucidanda vitiorum monstra, fœdasque animi imagines eluendas, & dicendo, populi voluntates ad rerum gerendarum gloriam concitare, et eosdem impellere quò velint, vnde autem velint, deducere.

Lucianus in Hercule Gallico.

DE

DE IDOLORVM PONTIFICIBUS, & Sacerdotibus.

Caput II.

EX *profana deinde illa veterum consuetudine, qui in Gentium tenebris et errore versabantur, manifestè satis constat, destinatos olim fuisse sacerdotes, qui falsorum Deorum cultui præcipuè deseruirent, hominumque multitudinem alloquerentur. Morem hunc retinuisse Gentes easdem animaduertêre nostri scriptores, inter quos præcipuè Tertullianus refert, haberi solitas fuisse temporibus ijs conciones, antequam spectacula instituerentur, aut postquam peracta sacrificia essent. Rem Flauius Vopiscus in Aureliano testatur hisce verbis;* Die tertio Idus Februarij, Fuluius Sabinus Prætor Vrbanus dixit; referemus ad vos, Patres conscripti, Pontificum suggestionem, & Aureliani Principis litteras. *Hoc suggestionis vocabulo denotatur ea præmunitio, siue orationis pars, quæ de superiore loco ad hominum multitudinem habebatur. Inter ceteros verò sacerdotes, Pontifex ipse Maximus, qui sacra omnia disponebat, publicum etiam hoc declamandi munus aggrediebatur. Ad quod vt*

Tertull. lib. de spectac. cap. 12.

Flauius Vopiscus in Aurel.

creda-

credamus, adducimur Liuij auctoritate ac testimonio, qui de sacerdotali officio hæc litterarum monumentis consignauit; Diuersa Pontificis priuilegia, varioſque honoris gradus conceſſerat Numa. *Paulòque post subdit;* Cætera quoque omnia publica, priuataque sacra Pontificis scitis subiecit, vt esset quò consultum plebs veniret. *Deinde;* Nec cæleſtes modò cæremonias, sed iusta quoque funebria, placandoſque manes, vt idem Pontifex edoceret. *Ergo docebat Pontifex, publicequè dicendo multitudinem erudiebat; et præclara illius documenta maximè spectabant ad vniuersi populi commodum et vtilitatem. Similem auctoritatem ac locum, quo res testata magis reddatur, petere possumus ex Marci Tullij oratione pro domo sua ad Pontifices, in qua proponuntur eæleges, quibus vniuersa Respublica continebatur. Tanti enim nominis orator, dicendique artifex, in eo præsertim positam esse Reipublica incolumitatem affirmat, si ampliſsimi, et clariſsimi ciues Rempublicam bene gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, conseruarent. Neque quiſpiam credat, velim, eiuſcemodi Pontificis interpretationes, siuè nutu, siue exigua verborum circuitione potuiſse terminari; patiùs enim longiore oratione indigebant, varijſque diſputationibus, et plurimarum*

Lib. 1. Hiſt.

Marc. Tullius in orat. pro domo ſua.

marum rerum indagatione, vt perfecta totius religionis, bonique ciuilis scientia acquireretur. Atque extrema barbaries Indorum retinuit imitationem eius moris, quem apud omnes mortales vigere, ac religiosè retineri audiuerant ab alijs, siue ipsi viderant. Refert enim Gothardus Arthus in Orientalis India, præsertimque Guineæ descriptione, eius Prouinciæ populos, sacerdotem habere, quo velut ministro Numinis sui vtuntur. Verba Gothardi de hoc sacerdote hæc sunt; Hic singulis diebus festis in forum prodit, statutoque in medio mensæ, siue aræ suæ sedili, considet, populo se se promiscuè omni, cuiuscumque sexus sint, & ætatis, circa ipsum congregante; quibus conuenientibus omnibus & considentibus, ipse orationem incipit, satisque prolixam ad eos concionem habet, quam attentissimè audiunt.

Gothardus Arthus, Parte 6. cap. 20.

DE PRINCIPIBVS, & Tyrannis.

Caput III.

CONSIDERANDA hoc loco est eorum conditio, qui terrarum imperio potiuntur, quique corpora tantùm regunt, & humanam tantùm,

tùm, ciuilemque iuriſdictionem tuentur. Solent terrarum domini populos ſibi ſubiectos dicendo regere, et prò ſuo arbitratu, velut quodam molli frano in omnes partes commouere. Quod præſtare ſi principes viri ſolent, quibus humani tantummodo iuris cura incumbit, qua cura quæve ſolicitudo vrgere animarum paſtores debet ad dicendum, qui non modò corporis, ſed animi etiam defenſionem ac tutelam ſuſcepere? Ideoque ſuo lepore Virgilius hæc habet;

Ac veluti magno in populo cùm ſæpè coorta eſt — Virgilius lib. 1. Aeneid.
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem, ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectiſque auribus adſtant:
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Atque in eandem ſententiam ea Perſij carmina leguntur;

Ergo vbi commota feruet plebecula bile, — Perſius Satyr. 4.
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Maieſtate manus.

Iuuenalis item de Demoſthene hæc profert; — Iuuenalis.

Quem mirabantur Athenæ

Torrentem, & pleni moderantem frænatheatri.

Rerum quoque nouarum inuentor ac princeps
Homerus Iliad. 2. *Homerus summa quadam prudentia, et arte, Agamemnonem ad exercituum duces et imperatores declamantem facit, vt ex ipsius oratione sui quisque muneris partes agnosceret, strenuèque aggrederetur. Eodem insuper loco, hac vtitur similitudine, vt quanti ponderis sit ac momenti illius concio, qui cæteris præest, haud obscurè denotetur;*

Mota est autem concio, vt fluctus ingentes maris
Pelagi Icarij: quos quidem Eurusque, Notusque
Excitauit erumpens, patris Iouis ex nebulis.
Sicutque cùm mouerit Zephyrus ingentem segetem veniens
Vehemens irrumpens illa ingruit spicis:
Sic horum omnis concio mota est.

Neque solùm Mundi Principes, quibus hereditario iure Prouinciarum administrationes, et locorum dominatus obueniunt, sed etiam qui crudeli seruitute oppressas diù tenuere ciuitates, et imperia, dicendi studio flagrarunt. Narrat
M Tullius Tusc. 5. *Marcus Tullius, Dionysium Tyrannum in ipsa etiam vita discrimine, ad multitudinem concionatum*

natum esse, turrimque altissimam conscendisse, vt temerarios hostium impetus, et inimicas manus declinaret. Sunt autem hæc summi oratoris verba; Idem cùm in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. *Tanta præterea fuit Herodis ambitio, vt publicè concionari gloriosum sibi maximè putaret, et ad optimam sui Imperij gubernationem pertinere. Qua verò pompa, quove regio apparatu concionandi munus aggrederetur, satis ea Lucæ verba declarant, quæ ex Apostolorum Actis, capite duodecimo, à nobis hunc in locum transferentur;* Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. *Quem locum sic exprimit Eusebius libro secundo Historiæ Ecclesiasticæ, capite nono;* Vbi Cæsaream (sicut Scriptura in Actis Apostolorum refert) aduentauerat, & die festo illic magna cum pompa celebrato, erat splendida ac regia veste indutus, & pro tribunali apud populum è sublimi loco orationem habuerat: vltio diuina supplicij cælitus inflicti ministra, illum de improuiso oppressit. *Et post Eusebiũ, Nicephorus Callistus Ecclesiasticæ Historiæ libro secundo, capite decimo tertio in hunc modum;* Cum enim Cęsaream veniſſet, *Herodes*, celebri quodam die splẽdidâ ornatus veste, ma-

Eusebius lib. 2. Histor. Eccles. cap. 9.

Niceph. Callist. Histor. Eccles. lib. 2. cap. 13.

magna vocis contẽtione vehemẽtiùs copioſiùſque pro tribunali ad populũ verba fecit. *Sed his nos vſi ſumus exemplis, vt planè omnes intelligerent, quantì apud impios illos homines hoc eſſet declamatorium opus, quantoque illud faſtu ac triumpho aggrederentur. Horum igitur exemplis prætermiſſis, magni Conſtantini acta recenſebimus, qui rerum geſtarum gloria ita floruit, vt inde poſſint Pontifices ſalutaria quædam documenta haurire. Summus hic, et piiſſimus Imperator incredibili quodam ſacrarum Litterarum ſtudio tenebatur, modumque, et ordinem, quo res ſacras dicendo tractabat, Euſebius hiſce verbis docet*; Equidem ſuam ipſius mentem quodam quaſi afflatu, & inſtinctu diuinarum rerum exaggerans, totas ſæpe noctes ſine ſomno traduxit, & cùm per otium liceret, orationes ſcribens, frequentes cum ſuis inibat congreſſus, quòd ſuarum eſſe partium exiſtimaret, rationis fræno imperio ſuo parentes regere, atque adeo vniuerſum regnum rationis imperio ſubijcere. Quapropter infinita multitudo ſolebat ad Imperatoris nutum confluere, vt eum philoſophantem audiret. Quòd ſi eo dicente, aliquando aliqua occaſio incidiſſet de Theologia loquendi, erecto corpore conſiſtens, contractoque vultu, & depreſſa voce, adhibita ſum-

Euſebius lib. 4. de vita Conſtãtini. cap. 29.

ma

ma prudentia,& moderatione,præsentium animos cælesti disciplina initiare, ac deuouere videbatur. Quam rem cùm sequeretur populi grata acclamatio, solebat nutu significare, vt cælum suspicerent, ac venerandis laudibus omnium Regem Deum admirarentur, & colerent. Cùm verò distributè de pluribus rebus loqui vellet, primùm refutabat argumenta, quibus magno errore Deorum multitudo introducebatur, probans gentium superstitionem fraudis esse causam, & huius de Deo erroris propugnaculum. Deinde Deum vnum vni Imperio præsidentem eis commendabat. Cuius de prouidentia deinceps & generatim, & particulatim disputabat, indeque ad Seruatoris nostri dispensationem descendens, hanc quoque ostendebat, vt eius ratio postulabat, necessariò extitisse. Ab isto loco digrediens, disputationem mouebat de Dei tribunali, quo genere, maximo terrore ferire videbatur audientium animos, cùm seuerè reprehenderet raptores, iniuriarum auctores, & qui se inexplebili diuitiarum auiditati mancipassent. *Magnus hic igitur Imperator bonarum artium studio ita deditus erat, vt legendo, scribendo, artemque pertractando, nocturna tempora aterno et irrequieto labore traduceret. Neque Imperatoris animum mentemque à litte-*

Constantini studium.

litterarum studijs potuerunt vnquam auocare, siue totius Orbis cura & administratio, quam sustinebat, siue rerum omnium affluentia, à qua voluptatum illecebræ proficiscuntur, vitiorumque irritamenta. Tanti viri magnanimitas, et constantia excitabit eos præsules, qui de angustijs temporis conqueruntur, quique tantis detineri se aiunt episcopalibus impedimentis, vt nullus otio pereat vnquam dies. Quo consilio, quaue sapientia Rempublicam Imperator in hunc modum gubernaret atque moderaretur, satis ea verba declarant; Quòd suarum esse partium existimaret rationis fræno imperio suo parentes regere. *Quibus verbis apertè colligitur, totius Reipublicæ administrationem longè faciliorem reddi, adiuuarique plurimùm episcopales actiones, si ad eas frequens dicendi vsus accesserit. Hos constare sibi ex publico declamandi munere fructus, vir ille animaduertebat, qui maximarum prouinciarum imperio potiebatur, quique hominum vitæ, necisque habebat potestatem. Nostræ ætatis concionatores meminisse eorum oporteret, quæ à nobis iam antea demonstrata fuere, ne videlicet in suggestu audacter nimis, et temerè loquantur de arcanis Dei mysterijs, præcipuisque fidei nostræ dogmatibus, sed ea potius magno animi timore agant, et tractent, vt non tam verbis, quàm*

ipsomet

ipſomet vultu, totiuſque corporis motu, in auditorum animis commutationes, quas ipſi velint, poſſint efficere. Communes praterea hominum plauſus laudeſque populares animi quadam altitudine adſpernabatur Conſtantinus, vt Chriſtiani oratores ſeſe ad ipſius exemplum conformarent; fugerent videlicet inanem oſtentationem, turpemque illam ac nimis perniciosam cupiditatem, qua ſibi laudem quarunt, et amicitias, magnique oratoris nomen. Ordo ipſe concionum, ſingulæque ipſarum partes ſummum oratorem fuiſſe Conſtantinum, eumque abſolutiſſimum indicabant. Quas orationis leges ſi multi concionatores in dicendo ſeruarent, non ea paſſim excipierentur è ſuperioribus locis conciones, quæ nullum præferunt iudicij lumen, quæve omni carent arte, et eo ordine, quem dicendi artifices adinuenere. Huius porrò ordinis cauſa, commodiſſimè facere ſe arbitrabatur Conſtantinus, ſi in ea orationis parte, qua pertinet ad animos afficiendos vehementiore impetu ageret in auditores, et in ea animi commotione pro ſuo omni conatu inſiſteret. Hunc in oratione conatum, hunc ve animorum motum maximè vtilem eſſe, et neceſſarium norunt omnes, ne ſine aliqua concitatione diſcedant auditores,

et ſine vlla deliberatione ad rectè laudabiliterque agendum. Neque verò grauis ætas, et moleſta deterrere vnquam potuit Imperatorem, quin & publicè diceret, & multas ſimul conſcriberet orationes. Extat enim Euſebij auctoritas, et teſtimonium, quo res teſtata redditur, planeque confirmatur; Imperator autem vſque adeò mente, rationiſque viribus conſtabat, vt vſque ad ſummam ſenectutem conſueto more orationes conſcriberet, ſolitos cum amicis congreſſus faceret, & dignas homini Chriſtiano diſciplinas auditoribus ſuppeditaret. *In qua quidem graui ætate non modo conſcribebat orationes, ſed eaſdem etiam publicè recitabat, vti mox commonſtrant verba, quæ ſequuntur;* Iam illud dignum ſanè ſempiternæ memoriæ eſt, quòd cùm eius extremus propè vitæ dies adeſſet, recitabat funebrem quandam orationem eò ipſo ferè loco, quo dicere conſueuerat, in qua etiam multa diſputabat perpetua oratione de animorum immortalitate. *Extat quoque celebris ipſius oratio ad Sanctorum Cœtum. Neque ſolum priuatim, ſed publicè etiam ſummi concionatoris partes adimplebat. An verò magno huic Imperatori ſuppeterent verba, prout res poſtularet, acria, et plena maieſtatis, conijci præſertim ex*

Conſtantinus ſenex ſcribebat, & declamabat.

Euſebius de vita Conſtantini, lib. 4. cap. 55.

Euſeb. lib. 4 cap. 32. de vita Conſtant.

Lib. 4. de Vita Conſtant. cap. 29.

Euſe-

Eusebio potest, libro quarto de Vita Constantini, capite vigesimo nono, cuius hæc sunt verba; Familiares verò nonnullos suos oratione quasi verberans, & flagellans cogebat aliquando sua ipsorum conscientia perculsos humi oculos deflectere: cum eis clara voce contestaretur, & prædicaret actionum suarum omnium rationem Deo daturos esse. Nam & se terrenum quoduis imperium illius Dei imperio subijcere, eique rationes singularum rerum redditurum esse. Cunctos enim mortales magno Regi aliquando rationem suæ vitæ relaturos. Hæc ille perpetuò contestabatur, hæc suggerebat, horum magister & auctor fuit. Sed is quidem veram, & minimè simulatam fidem peculiari quodam modo retinens; hæc sentiebat, hæc præcipiebat: at illi ad hæc percipienda tardi, & ad præclara ista præcepta obsurdescentes, voce, & acclamatione applaudebant: sed inexplebili cupiditate obcæcati re ipsa contemnebant. Fertur præterea cuidam ex suis ab se aliquando prehenso dixisse: quousque tandem, ò bone, hanc inexplebilem auaritiam cumulamus. *Tali reprehensione si non modò illi, qui in Principum aula diutiùs versantur, sed ipsi quoque episcoporum domestici ac familiares indigerent, considerandum esset ipsis, qui Ecclesiarum*

Lib. 4. de vita Constantini cap. 29.

gubernacula tenent, num liceat habere populos ſuis dictis obedientes, contumaces verò eos, qui ad ſui arbitrium ac nutum totos ſe fingere deberent et accommodare. Conſiderent ipſi praterea, qui adſtant epiſcopo, atque inſeruiunt, pudoreque ſuffundantur, ſi domini veſtigijs minimè inſiſtentes, aliter omnino agant, et meditentur. Poſtremo tandem loco, Conſtantinus Magnus diuini Verbi pradicationem tantì faciebat, vt erecto ſemper corpore Euſebij conciones audiret. Totidem ego ſcriptoris huius verba referam, licet antea deſcripta fuerint, vt Principes viri coarguantur, ſi nullam admittere velint in animos reprehenſionem, videanturque et Verbi Dei, et miniſtri ipſius eſſe contemptores; Ac ne illud quidem mihi tacitè prætermittendum videretur, quod nobis ipſis præſentibus ſumma cum admiratione geſſerat. Nam cum eius ſingulari erga Deum pietate adducti poſtularemus, vt de Seruatoris monumento, & ſepultura diſputantes nos audire vellet: libentiſſimè ſanè aures ſuas ſermonibus noſtris præbuit, & in Baſilica magna auditorum cœtu circumfuſus, erectuſque ſtans, communem cum reliquis audiendi operam exhibuit; cumque flagitaremus, vt Regali in ſolio, quòd ibi ſeſſionis cauſa poſitum erat, ſe reclinaret: minimè ceſſit noſtris precibus,

Euſebius lib. 4. de vita Conſtant. cap. 33.

bus, quin potiùs contento animo, quæ dicebantur, secum dijudicabat, & Theologiæ decretis, veritatis testimonium dabat. Sed cùm iam multum temporis fluxisset, & nos longiores essemus, finemque facere statueremus, hic quidem ille restitit, & vt omnem sermonem absolueremus, hortatus est. Rursus verò, vt sederet deposcentibus nobis, subtristi, & austero vultu respondit: Nefas esse, institutis de Deo disputationibus, negligentes aures præbere. Sibi verò hoc esse in primis vtile, præsertim cùm pium sit de diuinis rebus differentes, erectos audire. Sed absoluto aliquando tandem omni hoc sermone, nos domum perreximus, & vsitatis nosmetipsos exercitationibus dedimus. *Verùm, in eas nos incidimus temporum calamitates, quibus suo principes dominatu, de rebus minimis, ac minutissimis cum sacerdotibus Dei contendunt, existimantes, omnia, quæ sibi placent, ad sui nominis famam atque ornamentum pertinere. Sed percunctor ab ijs, necesse est, agantne cum sacerdotibus, tamquam in eo ordine constitutis, an verò cum illis, perinde atque si homines simplicissimi essent, neque vllo honoris gradu diuinitus cohonestati. Si primùm, temerè agunt, & iniquè; Regum enim sceptra, et coronas longè superat sacerdotalis potestas, et celsitudo. Si al-*

terum

terum, ridiculum sanè est, strenuum ducem, et opulentissimum intueri cum inermi milite dimicantem, cuius victoria caret ea omni bellica laudis gloria, quam alioqui victores in pari certamine assequerentur. Neque Principes viri, qui summa potentia in ciuitatibus dominantur, dicant, velim, ecclesiasticos viros expertes esse viribus, ac manu, ideoque cedere illos ipsorum nomini, et imperio maximè oportere. Cederent sacerdotes, si possent: cederent, inquam, id si Numinis gloria, & honor, si data Deo fides, si publica hominum salus et incolumitas exposceret. Sed de hoc argumento alibi iam abundè satis. Secutis posteà temporibus, suo magnus Constantinus exemplo, & fama, eorum etiam Regum, atque Imperatorum animos excitauit, qui de rebus sacris in publico sacerdotali consessu conciones interdum habuere. Quæ publica conciones nullum, vt eruditi homines agnoscere facilè possunt, imperium nullamve auctoritatem in sacrosanctos illos cœtus denotabant. Habebantur siquidem eo tantùm consilio, vt palam facerent Reges illi, qua mente tractarent res sacras, & venerarentur, suaque pietatis, et flagrantissimi ardoris testimonio sacerdotum animos excitarent, facerentque ad omnia sustinenda constantiores. Hanc ob causam publicè dixerunt Ricaredus

Rex

Rex in Concilio Toletano tertio, Siſenandus Rex in Concilio Toletano quarto, Chintillanus Rex in Concilio Toletano quinto, Receſſuintus Rex in Concilio Toletano octauo, Eringius Rex in Concilio Toletano duodecimo, et decimotertio; Ludouicus Rex in Concilio Aquiſgranenſi, Ludouicus Imperator in Concilio Ticinenſi, audientibus ciuitatis principibus, Conſtantinus Imperator in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, Ioannes Paleologus Conſtantinopolitanus Imperator in Concilio Florentino, ſiue in decima ſexta Synodo generali. Atque hac de Regum, et Imperatorum poteſtate.

DE EXERCITVVM Imperatoribus.

Caput IV.

DVCVM nunc, atque Imperatorum exempla in memoriam reuocanda erunt, qui non quidem aliquo rerum ſacrarum deſiderio, aut in ſumma pacis et otij tranquillitate, ſed in ipſomet belli periculo militum ſæpe copias, et exercitum omnem allocuti fuere. Talem videlicet declamandi conſuetudinem, rei militaris virtus ac diſciplina poſtulabat, quemadmodum mox videbimus.

bimus: Quòd si ad confringendas atque debellandas hostium manus qui palam arma parant, minanturque necem, oportet unumquemque ducem, et militem bellicæ artis præcepta custodire; quid ipsis agendum erit sacerdotibus pugnam atque dimicationem suscepturis cum extra illa et ferali inimicorum turba, qui non tam corpora, quàm animos vbique circumueniunt, ac varie petunt, nec nisi clam et occultè moliuntur pericula, insidias, calamitatem, & miserandam humano generi necem? De belli legibus hæc scribit Onosandrus in Strateg cap. 10.

Onosandrus, Eligendus Imperator dicendi peritus. Hinc enim maxima, & præcipua in exercitum commoda deriuari puto. Siquidem Imperatoris vehementi concione erecti, excitatique in procinctu milites strenua quæque & formidolosa despiciunt. Nec ita auribus percepti tubarum clangores, animos ad pugnã acuunt, aut irritant, vt hortatrix ad virtutem, & gloriam oratio, intrepidas expeditæ aciei mentes ad opposita pericula erigit, stabilitque, immo & metu conterritos, penequè iacentes sæpe constanti corroborat allocutione. *Quantum valeat oratio ducum, et imperatorum exercitus, antequam deueniatur in certamen, atque discrimen salutis, declarat Xenophon artis militaris magister singulari Regis Assyriorum exemplo, cui-*

mos

mos erat, ſuos priùs milites ad victoriam, et ad laudem ad hortari. Mox verò hæc verba ſubiungit; Satis eſt, mi Cyre, inquit, animos eorum cohortando meliores reddi. Num queat, ait Cyrus, vna oratio pronuntiata eodem die, non pudore duntaxat audientium animos implere, vel à turpitudine reuocare, ſed etiam excitare, vt laudis gratia laborem omnem, omneque periculum ſubeundum ſtatuant, ac mentibus ſuis infixum habeant, optabilius eſſe pugnando mori, quàm fugiendo ſalutem apiſci? Nonne ſi huiuſmodi cogitationes hominum animis inſeri debeant, & durabiles eſſe, primùm leges ſint tales oportet, vt earum beneficio viris fortibus honeſta, & liberali vita paretur ignauis abiecta, plena doloris, acerba victu vita incumbat? Deinde præceptores, vt equidem arbitror, & magiſtros neceſſe eſt accedere, qui eis præficiantur, & tam exemplo, quàm doctrina eos ad actiones illas adſuefaciant; donec inſitum hoc ipſis fuerit, vt viros fortes, & laudatos re ab ſe ducant felicisſimos, ignauos, & infames omnium miſerrimos exiſtiment. *Singula verò eorum ducum exempla, qui plurimum victoriæ in frequenti orationis vſu collocabant, non eſt hoc loco, cur à nobis in medium afferantur, cum res clara ſatis ſit et manifeſta. Solùm illud*

Xenoph. de Inſt. Cyri Hiſt. lib. 4.

conſpicere liceat, quod Herodotus, Thucydides, Xenophon, Liuius, Curtius de ijs belli ducibus retulerunt, qui conuerſa ſæpius ad milites oratione, certando deinde præclara quædam, et mirabilia facinora efficiebant. Neque hunc tantummodo vſum retinuere præſtantes in eloquentia viri, ſed extera quoque nationes, & gentes immanitate barbaræ, cùm prælia olim aggrederentur. Ita ſiquidem refert Olaus Magnus hiſce verbis; Optares præfectus exercitus, præſentibus Gothorum proceribus, & populis, orationem pro magnitudine rerum gerendarum idoneam habuit, in qua maximas ſuæ prudentiæ partes ita omnibus declarauit, vt cuncti ad bene ſperandum confeſtim erigerentur. *Exemplum quoque Regis Totilæ, et naturæ, et moribus immaniſſimi, qui ſibi hanc in re laudem & gloriam comparauit, Olaus idem alibi refert*; Deinde cum Totilas attenderet ſuorum animos ad ſeueritatem proniores, quàm ad clementiam, omnibus conuocatis adeò benigniter, & perhumaniter pro Romanis locutus eſt, vt vix credi potuiſſet, ipſum vnquam hoſtilem animum in eos habuiſſe. *Hæc de eodem Rege Procopius etiam habet*; His Narſes cum ſuos commonuiſſet, Totilas ipſe Romanorum copias admiratus, & ſuis ad ſe conuocatis, orationem huiuſ-

Olaus Magnus in hiſt. Septen. lib. 9. de bellis campeſtribus. cap. 46.

Lib. 8. de ſtatu regent. & offic. cap. 15.

Procop. lib. 3. de bello Gothorum.

huiusmodi habuit. *Atque ad hæc illustrium ducum exempla nemo certè respondere poterit, ipsos abundasse desidia, et otio. Non enim inter præsules, et pastores animarum vsquam vllus reperietur tantis curis occupationibusque districtus, quanta et duces ipsos assiduè vrgebant. De Augusto, quem diuturna, nocturnaque negotia grauissimè occupatum habebant, hæc nihilominus à Suetonio narrantur;* Eloquentiam, studiaque liberalia ab ætate prima, & cupidè, & laboriosissimè exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum, & legisse, & scripsisse, & declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites locutus est vnquam, nisi meditata, & composita oratione, quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate. *Placet in hunc etiam transferre locum ea, quæ de duobus belli ducibus, qui rerum gestarum gloria maximè floruerunt, apud Nicephorum extant;* Cum Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, vir strenuus & procerus, singularique prudentia præditus, quam & oculorum motus, & orationis extemporanea promptitudo indicabant: in Occidente apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et vterque apud vtrumque Theodosij filium, Imperij

Suetonius in Octauio lib. 2. cap. 84.

Niceph lib. 12. Histor. Eccles. cap. 1.

nomen, & habitum esse permittens, summam ipse rerum manu simul & lingua vsurpauit, sub præfecti appellatione Imperatori ipsi imperans. *In prouincia igitur administranda, populisque in officio continendis plurimùm posse lingua perita vsum, inde satis compertum habemus, cùm hoc maximè præsidio vterentur illi, qui alioqui et fortes, et potentes erant, et plurimarum terrarum imperio potiebantur.*

DE ROMANIS CONSVLIBVS, Dictatoribus, Tribunis Militum, Plebis, ac de equorum Domitoribus.

Caput V.

ROMANI Consules, quorum munus in ducendis sæpius exercitibus, tentandaque simul victoria consistebat, exercituum propterea Ducibus aquiparabantur. Multitudinem plerumque conuocabant, et alloquebantur, siue in castris, siue extra castra degerent vitam, ob sui nominis famam, atque auctoritatem. Illustria horum virorum exempla spontè prætermittenda nobis erunt; superuacaneum enim planè esset, si nominatim hìc singula recensérentur. Ex bellica

lege, militarique disciplina oportebat eos orationem ad populum habere, cùm mortales natura procliuiores esse soleant ad parendum ijs, quos ipsi, quemadmodum ait Xenophon, cæteros & scientia, et rerum vsu anteire arbitrentur. Hac Xenophontis verba; Nimirum nosti, quauis in re parere homines illius maximè velle, quos existimant esse præstantissimos. Nam in morbo potissimum illi parent, quem medicæ rei putant esse peritissimum; Et in naui, qui nauigant, ei, quem gubernandi putant esse peritissimum; & in agricultura, quem agri colendi peritum in primis arbitrantur. Omnino, inquit, igitur consentaneum est, & iam in equestri re cæteros ei, qui maximè scire videatur, quæ facienda sint, maximè parituros. *Idem munus obiere Dictatores, Marcus Furius Camillus, Quintius Cincinnatus, Marcus Valerius Coruinus, qui suos belli tempore milites allocuti fuerunt, sicuti patet ex antiquissimi Scriptoris auctoritate. Præstabant idem siue pacis, siue belli tempore Appius Claudius, Publius Decius, Publius Sempronius Tutitanus, Tribuni militum, Publius Sempronius Tribunus plebis, et Marcus Minutius Rufus equorum Domitor ac magister, quamuis inferioribus Reipublicæ ministerijs inseruirent. Sed quorsum hæc magnorum virorum exempla?*

Xenophō lib. 3. Memorabiliū.

Quam

Quam hac nobis facem præferunt ad agendum? Vt inde nimirum animaduertant Ecclesiarum Gubernatores, turpiter agere se tacendo, seque in ijs tenebris, et errore versari, in quibus neque milites, neque magistratus, neque terrarum Domini versabantur, cùm ad suorum quisque vtilitatem, publice diceret, et alloqueretur. Et hac de vario horum virorum statu, ac conditione

DE ÆGYPTIIS, DRVIDIBVS, & Gymnosophistis.

Caput VI.

VARIA nunc Prouinciarum instituta, diuersosque Gentium mores narrando prosequemur, quibus solenne illud semper fuit, vt quos scirent auctoritate, et prudentia cæteris antecellere, eosdem ad dicendum publica vtilitatis gratia destinarent. Res clara satis et manifesta reddetur ex ea consuetudine, qua Ægyptij in eligendo Iudice, eodemque Sacerdote vti consueuerant. Eligebant siquidem iuxta patrium morem, et leges, virum vnum ad vtrumque munus idoneum, qui et iustitia, et moribus inter cæteros, integerrimus iudicaretur. Huic sapphirus è collo pendebat, in quo lapide Veritatis

imago,

imago, quemadmodum refert Diodorus, inciſa, et inſculpta videbatur. Quamobrem manifeſtè apparet, ſacerdotis partes in eo maximè eſſe poſitas, vt populum doceat, eique veritatem aperiat. Quod munus proprium eſſe concionatoris, atque præcipuum, facilè omnes intelligunt. Neque ignoro ego, expreſſos hoſce à nobis Aegyptiorum mores, inanium fabularum inſtar eſſe, ſi cum diuina Lege, ſacriſque Hiſtorijs comparentur. Illa tamen Veritatis imago, de qua Diodorus non longè abſimilis eſt ab eo, quod Sacrarum Litterarum monumenta de ſummo ſacerdote narrant; Pones autem in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino: & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper. *In Leuitico item hæc de Sacerdotali integumento leguntur;* Quod aſtringens cingulo aptauit rationali, in quo erat Doctrina & Veritas. *Verùm hoc loco recenſenda etiam erunt, quæ idem Diodorus Siculus de Aegyptiorum ſacerdotibus refert hiſce verbis;* Cæterum cum tota Aegyptus in plures diuiſa ſit partes, quæ voce græca ΝΙΜΟΙ appellantur: ſuus vnicuique Nomarcha (Gubernator, ſeu Prætor) penes quem rerum omnium adminiſtratio, & cura, præfectus eſt. Totiuſque

Exod. cap. 28. u. 30.

Leuit. cap. 8. u. 8.

Diodor. Siculus lib. 1. Bibl. Hiſt.

tiusque regionis (quæ tripartita est) primam sacerdotum ordo sibi portionem vendicat in magna apud indigenas auctoritate, & reuerentia constitutus, tum ob pietatem in Deos, tum quòd summam ex eruditione prudentiam ad rempublicam adferunt. Hi namque vt Senatus, Principes regi perpetuò sunt præsto, qua opera, quo consilio, & doctrina ipsum adiuuantes. Ex astrologia quidem, & sacrorum inspectionum futura diuinant, & prædicunt: è sacrorum verò librorum annotatis res gestas cum vtilitate coniunctas prælegunt. *Et paulò infra;* Congressi hi triginta viri vnum ex collegio, & quidem optimum, præsidem iudiciorum creârunt. In cuius locum vrbs alium submittebat Iudicem, stipendia in victum, & alias res necessarias à Rege Iudicibus præbebantur. Sed Prætori multò amplius. Gestabat is in collo ex aurea cathena dependens, è lapillis pretiosissimis simulachrum, cui Veritas nomen. *Similes quoquè Aegyptiorum Sacerdotibus Druides in Gallia erant, de quibus hæc habet suis Cæsar Commentariorum libris;* Druides rebus diuinis intersunt, sacrificia publica, ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnoque ij sunt apud eos honore:

Cæsar de Bello Gall lib. 6.

nam

nam ferè de omnibus controuersijs publicis, priuatisque constituunt. *Et paulò inferiùs*; In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab alijs post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa præterea de sideribus, atque eorum motu, de mundi, ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi, ac potestate disputant, & iuuentuti transdunt. *Quòd si ad Aegyptiorum Sacerdotes, tamquam ad veri, rerumque diuinarum magistros, et interpretes magni fiunt concursus; ipsique ad mores mortalium extollendos, ad mortis metum negligendum prascribunt leges, et alia tradunt salutis instrumenta, minimè spectabit ad episcopum talia prastare, ac multitudini pronuntiare? Nonne hæc munera, sacrificare videlicet, sacrificijs præesse, communi omnium vtilitati, ac commodo inseruire, et ea demum imperare, quæ religioni addunt decus, et ornamentum, nonne, inquam, adeo inter se apta esse videntur, & connexa, vt propria esse pontificum munera, necesse nobis sit affirmare? Ad Gymnosophistas iam transeamus, quorum duo erant genera, quemadmodum scribit Porphyrius, Brachmanorum alterum, alterum Samneorum; sed vtrumque genus apud illas gentes*

Porphyius lib. 4. de Abst.

summopere commendatum; Tanta autem & ipsi, & Brachmanes in veneratione apud alios sunt, vt Rex quoque interdum ad eos accedat, rogetque, vt pro statu regionis Deum precentur, aut quid agendum sit, consulant. *Duces igitur, et magistri erant, qui sua sæpius oratione imperantium animos moderabantur. Ex quo apparet, magnam esse fidem adhibendam ijs, qui chari magis et accepti diuino Numini habentur, quique propius ad res sacras accedunt, easque magis tractant.*

DE HEBRÆIS.

Caput VII.

AD antiquos Hebræorum mores gradum nunc faciamus, qui magis vero similes erunt, et accommodati, si cum antea dictis æquiparare vellemus. Prophetæ apud illud hominum genus in magno erant honore, principesque habebantur. Concionatoris munus exercebant, atque ob id passim appellabantur in sacrarum Litterarum monumentis Speculatores. A Speculatoris officio, custodis quoque nomen sibi desumpsere; Custos quid de nocte? Dixit custos: Venit mane & nox: si quæritis, quærite: conuertimini, venite,

Isa. cap. 56 u 10. Ierc. cap. 6 u. 17. Ezec. cap 3 u. 17. & cap. 33. u. 6. 7. Isa. cap. 21. u. 11.

Ecce igitur quemadmodum muta non eſt cuſtodis lingua, ſed palam loquitur, et ea denuntiat, quæ futura erant, iuxta officij ſui leges. Hanc ob cauſam Prophetæ præconis, ſiue tubæ nomen accepere; Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera corum, & domui Iacob peccata eorum. Iſa. cap. 58. u. 1.

Verùm, ſi ſonum tuba nullum edit, ſi muta ſilet, qui ſonus, quæve vox ita deſcendet in mortalium animos, vt eos poſſit ad virtutem excitare? Clamet tuba, inquit Deus, cùm Prophetam alloqueretur; Vox dicentis: Clama. Et dixi: quid clamabo? *Subditque ſtatim Propheta Dominus;* Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Iſai. cap. 40. u. 6.

De Speculatore hæc etiam ſub alterius ſimilitudinis velamine habentur; Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. Iſa. cap. 56. u. 10.

Sed Ezechielis Prophetæ verba Speculatorum munus in hunc planè modum ſubjiciunt oculis et repræſentant; Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annun- Ezech. cap. 33. u. 2. & ſeq.

ciauerit populo. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. *Quamuis verò ecclesiarum antistites, & pastores, ob eam, quam sustinent curam, & administrationem, proprio Speculatoris nomine appellentur: nihilominus res tota clarior fiet grauissimorum Scriptorum auctoritate ac testimonio. Hac Hilarius Primus Epistola tertia ad Ascanium Episcopum Tarraconensem habet;* Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ad hoc sacerdotale officium prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes in quadam sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. *Ad hæc ea Augustini adiungenda sunt, quæ suis de Ciuitate Dei Libris, refert;* Ad hoc enim Speculatores, hoc est populorum præpositi constituti sunt in Ecclesijs, vt non parcant obiurgando peccata. *Quæ cùm à præsulibus eo, quo decet, charitatis ardore fiant, sæpius ijs contingent illa, quæ olim Prophetis, siue Hebraicæ gentis Speculatoribus euenere; Vates enim Jeremias pro Diuini Verbi prædicatione graues susceptit hominum offensiones, et in custodia diu detentus fuit. Quòd autem sub illo præpositi nomine designentur*

Hilar. Primus Epist. ad Ascan. epis. Tarr. scqu.

Augustin. lib. 1. cap. 9.

Ierem. cap. 26 v. 10.

gnentur ecclesiarum pontifices, confirmatur hisce Cypriani verbis; Quantùm pernicioſa res est ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti, in-tantum contra vtile est, & ſalutare, cum ſe epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Cyprianus epiſt. 4.

Illud præterea animaduertendum est, Prophetia donum non paſsim cuilibet hominum generi, ſed quibuſdam tantummodo viris fuiſſe conceſſum, quos in magno pretio ac honore habebat ætas illa, & locus, in quo tunc morabantur. Quapropter Patriarchis, veluti Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, aliiſque tamquam illius ætatis Principibus futuros præſagiendi euentus gloria diuinitus data est. Verùm quoniam Prophetia, & diuinationis munus non tam Hebraicæ genti, quàm diuerſis etiam nationibus poterat communicari; ideò communicatum illud quoque fuit et Iobo, et Balaamo. Moyſes deinde magni nominis Propheta fuit, eiuſque præcipuæ partes in eo erant, vt Dei populum alloqueretur. Concionandi autem munus adeo magnificum est et glorioſum, vt magnos niſi, et præclaros deceat viros, quemadmodum colligi poteſt ex eo, quòd ipſe primus extiterit, qui alterius præcepto, iuſſione nimirum diuina, in vnum coegerit homines, et ſimul ipſe acceperit rerum argumenta, quæ populo ſignificauit. Pro- Prophetiæ donum.

pterea,

Ioſtomus Homilia trigeſima ſeptima, in caput decimum quartum prima ad Corinthios. Homini etiam tamquam digniori ea honoris prærogatiua conceditur, vt primus videlicet ad res ſacras
Gen. cap. 4. u. 26. *accedat, primuſque tractet diuina;* Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos; iſte cœpit inuocare nomen Domini. *Quæ verba haud dubiè commonſtrant, à dignioribus digniora ſemper eſſe tractanda.*

DE ÆTATE SENVM.

Caput IX.

NVNC ætas humanæ vitæ conſideranda erit, à qua petere poſſumus varia argumentorum genera, quæ ſenectutem maximè commendent, et venerentur. Atque id paſſim habemus in ſacrarum Litterarum monumentis, in quibus ad egregium aliquod opus inchoandum ſenes primò conuocantur, quemadmodum apparet ex diuini Numinis verbis ad Moyſem prolatis, cùm de
Exod. cap. 3. u. 16. *communi populi ſalute ageretur;* Vade & congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos: Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, dicens: Viſitans viſitaui vos, & vidi omnia, quæ accide-

runt

tunt vobis in Ægypto : Et dixi vt educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. *Cùm item ad vniuerſi populi curam et gubernationem, aliquot deligendi eſſent viri, quibus ſuum cuique munus imponeretur, hæc diuinitus audita fuere*; Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri. *Paulòque poſt*; Et auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris. *Senibus quoque potiſſimùm datam eſſe doctrinam, & ſapientiam ea Iobi verba declarant*; Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. *De qua intelligentia, et ſcientia alibi hæc Iobus idem profert*; Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus? Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multò vetuſtiores quàm patres tui. *Quàm porrò attentè, ac benignè ſenum voces, et dicta accipienda ſint, atque in animis cuſtodienda, ſatis conſtat ex hiſce verbis Eccleſiaſtici*; Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela. Non te prætereat narra-

Num. cap. 11. u. 16.

Ibid. u. 17.

Iob cap. 12. u. 20.

Iob. cap. 15. u. 19.

Eccleſiaſt. cap. 8. u. 9. 10.

tiusque regionis (quæ tripartita est) primam sacerdotum ordo sibi portionem vendicat in magna apud indigenas auctoritate, & reuerentia constitutus, tum ob pietatem in Deos, tum quòd summam ex eruditione prudentiam ad rempublicam adferunt. Hi namque vt Senatus, Principes regi perpetuò sunt præsto, qua opera, quo consilio, & doctrina ipsum adiuuantes. Ex astrologia quidem, & sacrorum inspectionum futura diuinant, & prædicunt: è sacrorum verò librorum annotatis res gestas cum vtilitate coniunctas prælegunt. *Et paulò infra*; Congressi hi triginta viri vnum ex collegio, & quidem optimum, præsidem iudiciorum crearunt. In cuius locum vrbs alium submittebat Iudicem, stipendia in victum, & alias res necessarias à Rege Iudicibus præbebantur. Sed Prætori multò amplius. Gestabat is in collo ex aurea cathena dependens, è lapillis pretiosissimis simulachrum, cui Veritas nomen. *Similes quoquè Aegyptiorum Sacerdotibus Druides in Gallia erant, de quibus hæc habet suis Cæsar Commentariorum libris*; Druides rebus diuinis intersunt, sacrificia publica, ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentum numerus disciplinæ causa concurrit, magnoque ij sunt apud eos honore:

Cæsar de Bello Gall lib. 6.

nam

nam ferè de omnibus controuerſijs publicis, priuatiſque conſtituunt. *Et paulò inferiùs*; In primis hoc volunt perſuadere, non interire animas, ſed ab alijs poſt mortem tranſire ad alios, atque hoc maximè ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. Multa præterea de ſideribus, atque eorum motu, de mundi, ac terrarum magnitudine, de terum natura, de Deorum immortalium vi, ac poteſtate diſputant, & iuuentuti tranſdunt. *Quòd ſi ad Aegyptiorum Sacerdotes, tamquam ad veri, rerumque diuinarum magiſtros, et interpretes magni fiunt concurſus; ipſique ad mores mortalium extollendos, ad mortis metum negligendum præſcribunt leges, et alia tradunt ſalutis inſtrumenta, minimè ſpectabit ad epiſcopum talia præſtare, ac multitudini pronuntiare? Nonne hæc munera, ſacrificare videlicet, ſacrificijs præeſſe, communi omnium vtilitati, ac commodo inſeruire, et ea demum imperare, quæ religioni addunt decus, et ornamentum, nonne, inquam, adeo inter ſe apta eſſe videntur, & connexa, vt propria eſſe pontificum munera, neceſſe nobis ſit affirmare? Ad Gymnoſophiſtas iam tranſeamus, quorum duo erant genera, quemadmodum ſcribit Porphyrius, Brachmanorum alterum, alterum Samneorum; ſed vtrumque genus apud illas gentes*

Porphyrius lib. 4. de Abst.

ſummopere commendatum; Tanta autem & ipſi, & Brachmanes in veneratione apud alios ſunt, vt Rex quoque interdum ad eos accedat, rogetque, vt pro ſtatu regionis Deum precentur, aut quid agendum ſit, conſulant. *Duces igitur, et magiſtri erant, qui ſua ſæpius oratione imperantium animos moderabantur. Ex quo apparet, magnam eſſe fidem adhibendam ijs, qui chari magis et accepti diuino Numini habentur, quique propius ad res ſacras accedunt, eaſque magis tractant.*

DE HEBRÆIS.

Caput VII.

AD antiquos Hebræorum mores gradum nunc faciamus, qui magis vero ſimiles erunt, et accommodati, ſi cum antea dictis aquiparare vellemus. Propheta apud illud hominum genus in magno erant honore, principeſque habebantur. Concionatoris munus exercebant, atque ob id paſſim appellabantur in ſacrarum Litterarum monumentis Speculatores. A Speculatoris officio, cuſtodis quoque nomen ſibi deſumpſere; Cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos: Venit mane & nox: ſi quæritis, quærite: conuertimini, venite,

Iſa. cap. 56 u. 10. Ierem. cap. 6 u. 17. Ezec. cap 3 u. 17. & cap. 33. u. 6. 7. Iſa. cap. 21. u. 11.

Ecce igitur quemadmodum muta non eſt cuſtodis lingua, ſed palam loquitur, et ea denuntiat, quæ futura erant, iuxta officij ſui leges. Hanc ob cauſam Prophetæ præconis, ſiue tubæ nomen accepere; Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Iſa. cap. 58. u. 1.

Verùm, ſi ſonum tuba nullum edit, ſi muta ſilet, qui ſonus, quæve vox ita deſcendet in mortalium animos, vt eos poſſit ad virtutem excitare? Clamet tuba, inquit Deus, cùm Prophetam alloqueretur; Vox dicentis: Clama. Et dixi: quid clamabo? *Subditque ſtatim Prophetæ Dominus;* Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Iſai. cap. 40. u. 6.

De Speculatore hæc etiam ſub alterius ſimilitudinis velamine habentur; Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. Iſa. cap. 56. u. 10.

Sed Ezechielis Prophetæ verba Speculatorum munus in hunc planè modum ſubijciunt oculis et repræſentant; Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit Ezech. cap. 33. u. 2. & ſeq.

ciauerit populo. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum: sanguis ipsius super caput eius erit. *Quamuis verò ecclesiarum antistites, & pastores, ob eam, quam sustinent curam, & administrationem, proprio Speculatoris nomine appellentur: nihilominus res tota clarior fiet grauissimorum Scriptorum auctoritate ac testimonio. Hac Hilarius Primus Epistola tertia ad Ascanium Episcopum Tarraconensem habet;* Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam ad hoc sacerdotale officium prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes in quadam sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. *Ad hæc ea Augustini adiungenda sunt, quæ suis de Ciuitate Dei Libris, refert;* Ad hoc enim Speculatores, hoc est populorum præpositi constituti sunt in Ecclesijs, vt non parcant obiurgando peccata. *Quæ cùm à præsulibus eo, quo decet, charitatis ardore fiant, sæpius ijs contingent illa, quæ olim Prophetis, siue Hebraicæ gentis Speculatoribus euenere; Vates enim Jeremias pro Diuini Verbi prædicatione graues susceptit hominum offensiones, et in custodia diu detentus fuit. Quod autem sub illo præpositi nomine designentur*

Hilar. Primus Epist. ad Ascan. epis. Tarracon.

August. lib. 1. cap. 9.

Ierem. cap. 26 u. 10.

gnentur ecclesiarum pontifices, confirmatur hisce Cypriani verbis; Quantùm pernicioſa res est ad ſequentium lapſum ruina præpoſiti, intantum contra vtile eſt, & ſalutare, cum ſe epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. *Illud præterea animaduertendum est, Prophetia donum non paſsim cuilibet hominum generi, ſed quibuſdam tantummodo viris fuiſſe conceſſum, quos in magno pretio ac honore habebat ætas illa, & locus, in quo tunc morabantur. Quapropter Patriarchis, veluti Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, aliiſque tamquam illius ætatis Principibus futuros præſagiendi euentus gloria diuinitus data eſt. Verum quoniam Prophetia, & diuinationis munus non tam Hebraicæ genti, quàm diuerſis etiam nationibus poterat communicari; ideò communicatum illud quoque fuit et Iobo, et Balaamo. Moyſes deinde magni nominis Propheta fuit, eiuſque præcipuæ partes in eo erant, vt Dei populum alloqueretur. Concionandi autem munus adeo magnificum eſt et glorioſum, vt magnos niſi, et præclaros deceat viros, quemadmodum colligi poteſt ex eo, quòd ipſe primus extiterit, qui alterius præcepto, iuſſione nimirum diuina, in vnum coegerit homines, et ſimul ipſe acceperit rerum argumenta, quæ populo ſignificauit. Propterea,*

Cyprianus epiſt. 4.

Prophetiæ donum.

Exod. cap. 3. u. 16. *pterea, hæc de eo verba leguntur*; Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitaui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto: Et dixi vt educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. *Qui publici hominum cœtus atque consessus minime habebantur, nisi eorum iussu, atque arbitratu, qui siue Regis, siue Ducum, & Iudicum nomine prouinciam illam administrarent. Sed de his hactenus, præsertim cùm ex sacrarum Litterarum monumentis varia huius generis exempla peti possint.*

DE COMMVNI LEGE Humanæ Naturæ.

Caput VIII.

VARIARVM hactenus Nationum mores, et instituta attigimus, quibus mutas numquam esse debere pastorum linguas aperte satis agnouimus. Nunc deinceps vtile, atque iucundum erit, si ex vtroque sexu, virili nimirùm, ac muliebri

muliebri rem eandem considerabimus. Rebus nomina Adamus, non Eua, imposuit, quemadmodum ea tradunt Geneseos verba; Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. *Ex quibus verbis manifestè apparet, virilem sexum, non verò muliebrem, imperitare, et eum, tamquam digniorem, loqui oportere. Hanc ob causam ea extant Pauli verba*; Mulieres in Ecclesijs taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. *Et ad Timotheum*; Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum; sed esse in silentio. *Atque huic innixi præcepto, varij deinde scriptores rem eandem confirmarunt, vti Clemens Romanus Libro tertio Apostolicarum Constitutionum, capite sexto, et nono. Tertullianus de præscriptionibus aduersus Hæreticos, capite quadragesimo primo; et de velandis Virginibus, capite nono, et decimo. Ioannes Chrysostomus*

Gen. cap. 2. u. 19.

1. ad Corint. cap. 14. u. 34.

1. ad Tim. cap. 2. u. 12.

Ioſtomus Homilia trigeſima ſeptima, in caput decimum quartum prima ad Corinthios. Homini etiam tamquam digniori ea honoris prarogatiua conceditur, vt primus videlicet ad res ſacras accedat, primuſque tractet diuina; Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos; iſte cœpit inuocare nomen Domini. *Qua verba haud dubiè commonſtrant, à dignioribus digniora ſemper eſſe tractanda.*

Gen. cap. 4. u. 26.

DE ÆTATE SENVM.

Caput IX.

NVNC ætas humana vita conſideranda erit, à qua petere poſſumus varia argumentorum genera, qua ſenectutem maximè commendent, et venerentur. Atque id paſſim habemus in ſacrarum Litterarum monumentis, in quibus ad egregium aliquod opus inchoandum ſenes primò conuocantur, quemadmodum apparet ex diuini Numinis verbis ad Moyſem prolatis, cùm de communi populi ſalute ageretur; Vade & congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos: Dominus Deus Patrum veſtrorum apparuit mihi; Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob; dicens: Viſitans viſitaui vos, & vidi omnia, quæ acciderunt

Exod. cap. 3. u. 16.

runt vobis in Ægypto : Et dixi vt educam vos de afflictione Ægypti in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. *Cùm item ad vniuerſi populi curam et gubernationem, aliquot deligendi eſſent viri, quibus ſuum cuique munus imponeretur, hæc diuinitus audita fuere*; Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri. *Paulòque poſt*; Et auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris. *Senibus quoque potiſſimùm datam eſſe doctrinam, & ſapientiam ea Iobi verba declarant*; Commutans labium veracium, & doctrinam ſenum auferens. *De qua intelligentia, et ſcientia alibi hæc Iobus idem profert*; Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus? Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multò vetuſtiores quàm patres tui. *Quàm porrò attentè, ac benignè ſenum voces, et dicta accipienda ſint, atque in animis cuſtodienda, ſatis conſtat ex hiſce verbis Eccleſiaſtici*; Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in prouerbijs eorum conuerſare. Ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus, & ſeruire magnatis ſine querela. Non te prætereat narra-

Num. cap. 11. n. 16.

Ibid. n. 17.

Iob cap. 12. n. 20.

Iob. cap. 15. n. 19.

Eccleſiaſt. cap. 8. n. 9. 10.

tio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. *Quæ cum ità se habeant, nemo est, qui dubitet, opinor, quin maturam senilemque ætatem ipsi referant episcopi, qui magistri salutis sunt, et iudices, et pro recta administratione, præcipuo diuinæ benignitatis fauore esse adiuti censentur. Senes illi, qui Dei Filium circumsepiebant, sicut in Apocalypsi legimus, animarum præsertim pastores repræsentare nobis videntur, quorum crines, et capita, ordinis, et iurisdictionis coronæ cohonestabant. Sed hæc etiam apertiùs habentur ex*

1. ad Tim. cap 5. u. 17. *hisce verbis*; Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. *Alibi etiam multò*

Ad Titum cap 1. u. 5. *clariùs*; Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. *Sed de senioribus viris Apostolus etiam Petrus in hunc*

1 Petri cap. 5. u. 1. *modum loquitur*; Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum. *Quo loco Græcus codex* ΣΥΜΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ

Ioan. Epist. 2 u. 1. *legit. Idem et Ioannes*; Senior Electæ Dominæ. *Quod et Græci scribunt* Ο ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ; *Epistola quoque tertia*; Senior Gaio charissimo. *Quòd autem episcopalem personam Petrus, et*

Ioannes

Joannes ſuſtinerent, nullus nobis ambigendi relinquitur locus. Quòd item Eccleſiarum antiſtites presbyteri nomine appellarentur, patet ex auctoritate ſancti Hieronymi in ea verba ad Timotheum iam à nobis citata, et ex epiſtola octuageſima tertia ad Oceanum, et teſtimonio Chryſoſtomi ſermone primo in epiſtolam ad Philippenſes, capite primo, demum ex Theodoreto in caput tertium epiſtola prima ad Timotheum. Propter hanc ſenilem ætatem epiſcopis attributam, deſumpſere propterea ſibi Papæ nomen, à Græco nomine ΠΑΠΠΑΣ *deductum, quod Patres ſignificat. Hanc eandem ſententiam patris hoc nomen, apud Homerum habet, dum ait;* Hoſpes pater vocat te prudens Penelope. *Et alibi;* Salue pater ò hoſpes. *Papæ nomine fuiſſe Eccleſiarum antiſtites appellatos, multorum teſtimonijs declaratur, ſed auctoritate præſertim Cypriani Epiſtola decima ſeptima, & vigeſima ſexta; ſancti Hieronymi in proœmio in Ionam, ad Chromatium Aquilienſem epiſcopum; Sidonij Apollinaris epiſtolarum libro ſexto, epiſtola prima; Benedicti Paulini epiſtola ad Fauſtum Regienſem; Enodij in vita Epiphanij epiſcopi Ticinenſis; Gregorij Turonenſis libro ſecundo hiſtoria, capite vigeſimo ſeptimo; Venantij Fortunati pluribus in locis; Valfridij Strabonis de*

Homerus lib. 17. & 18. Odyſſ.

tio seniorum : ipsi enim didicerunt à patribus suis : quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. *Quæ cùm ità se habeant, nemo est, qui dubitet, opinor, quin maturam senilemque ætatem ipsi referant episcopi, qui magistri salutis sunt, et iudices, et pro recta administratione, præcipuo diuinæ benignitatis fauore esse adiuti censentur. Senes illi, qui Dei Filium circumsepiebant, sicut in Apocalypsi legimus, animarum præsertim pastores repræsentare nobis videntur, quorum crines, et capita, ordinis, et iurisdictionis coronam cohonestabant. Sed hæc etiam apertiùs habentur ex*

1. ad Tim. cap 5. u. 17. *hisce verbis*; Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. *Alibi etiam multò*

Ad Titum cap 1. u. 5. *clariùs*; Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. *Sed de senioribus viris Apostolus etiam Petrus in hunc*

1 Petri cap. 5. u. 1. *modum loquitur*; Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum. *Quo loco Græcus codex* ΣΥΜΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ

Ioan. Epist. 2 u. 1. *egit. Idem et Ioannes*; Senior Electæ Dominæ. *Quod et Græci scribunt* Ο ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ; *Epistola quoque tertia*; Senior Gaio charissimo. *Quòd autem episcopalem personam Petrus, et*

Ioannes

Ioannes sustinerent, nullus nobis ambigendi relinquitur locus. Quòd item Ecclesiarum antistites presbyteri nomine appellarentur, patet ex auctoritate sancti Hieronymi in ea verba ad Timotheum iam à nobis citata, et ex epistola octuagesima tertia ad Oceanum, et testimonio Chrysostomi sermone primo in epistolam ad Philippenses, capite primo, demum ex Theodoreto in caput tertium epistola prima ad Timotheum. Propter hanc senilem ætatem episcopis attributam, desumpsere propterea sibi Papæ nomen, à Græco nomine ΠΑΠΠΑΣ *deductum, quod Patres significat. Hanc eandem sententiam patris hoc nomen, apud Homerum habet, dum ait;* Hospes pater vocat te prudens Penelope. *Et alibi;* Salue pater ò hospes. *Papæ nomine fuisse Ecclesiarum antistites appellatos, multorum testimonijs declaratur, sed auctoritate præsertim Cypriani Epistola decima septima, & vigesima sexta; sancti Hieronymi in proœmio in Ionam, ad Chromatium Aquilienſem episcopum; Sidonij Apollinaris epistolarum libro sexto, epistola prima; Benedicti Paulini epistola ad Faustum Regiensem; Enodij in vita Epiphanij episcopi Ticinensis; Gregorij Turonensis libro secundo historia, capite vigesimo septimo; Venantij Fortunati pluribus in locis; Valfridij Strabonis de*

Homerus lib. 17. & 18. Odyss.

rebus Ecclesiasticis, capite septimo. Hinc episcopi senio iam et ætate confecti, iusta carent excusatione, si concionandi intermissio ab ipsis interdum fiat. Etenim si profanorum scriptorum monumenta peruolutare voluerimus, senectutem, et eloquentiam ità inter se fuisse sociatas comperiemus, vt vtraque simul summoperè celebraretur. Lucianus Herculem apud Gallos senem iam et maturum, tamquam eloquentiæ typum designat, ex cuius lingua et ore catenæ quædam penderent, quibus ingentem ad se hominum multitudinem traheret. Hæc autem sunt ipsius Luciani verba; Siquidem Hercules senex ille ingentem ad modum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis; porrò vincula sunt catenulæ tenues auro, electroue confectæ pulcherrimis istis monilibus adsimiles. *Deinde verò habet;* Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum: Etenim cùm non inueniret pictor vnde catenularum summas ansas necteret, videlicet dextera iam clauam, læua arcum tenente, summam Dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis catenulis, eos trahi fecit. *Neque Maiores olim sine arte, et consilio Mercurios illos absque manuum, ac pedum vsu adinuenere, sed vt inde constaret,*

Lucian. in Herc. Gallico.

splen-

descere etiam oratorem in senectute, possequè plurimùm senem consilio, et eloquentia, quamuis consenuerint vires. Nestorem quoque Homerus, qui nihil temerè, fortuitò nihil vnquam effinxit, facit senectute summa virum, ex cuius lingua melle dulcior flueret oratio;

Post hos assurgens Pilius dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquenti
Dulcior.

Homerus Iliad. 2.

Animaduertere hoc loco oportet similitudinis leporem, et elegantiam, qua vtitur tanti nominis Scriptor, Nestoris orationem, et ipsius dicendi vsum commonstrando;

Sicut examina prodeunt apum frequentium
Petra excauata semper recens venientium,
Racematim verò volant super floribus vernis:
Et aliæ hàc confertim volant, aliæ illac,
Sic horum gentes multa ex nauibus, & tentorijs,
Litus ante altum procedebant
Turmatim ad concionem:

Xenophon deinde de Agesilao sene hæc habet caniciem illius commendans, et eloquentiam simul;

Quis vnquam, commilitones, firmius, confidentiusquè Agesilao animauit, cum senectus iuberet

iuberet illum vita cedere. *Sed ad concitandos antistites ad publicè dicendum, etiam si senectute deterreantur, plurimùm poterunt ea Marci Tullij verba, quibus Catonem loquentem facit;* Omnino canorum illud in voce splendescit etiam nescio quo pacto in senectute: quod equidem non amisi adhuc, & tamen videtis annos meos: sed tamen decorus est sermo senis, quietus, & remissus: facitque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta oratio, & mitis.

M. Tullius lib. de Senectute.

DE CVRA DOMESTICA, ac familiari.

Caput X.

PRÆCLARVM quoque argumentum illud erit, *quod à nobis ad rem eandem comprobandam, ex bene constituta, et administrata domo elicietur. Patres siquidem familias ecclesiarum pastores repræsentant, filios populi caterosque domesticos. Atque hæc allata à nobis comparatio eò magis rei apta est, et accommodata, quò magis humani generis vindex pastorum omnium supremus pastor sese patri familias aquiparauerit. Quanti autem ponderis sint, as*

momenti

momenti paterna ad totius familiæ gubernationem adhortationes, philosophorum magister Aristoteles hisce verbis declarauit; Sicut enim in ciuitatibus legum instituta, & mores: sic in domibus paternæ orationes, & mores valent. Quin ob cognationem, & beneficia etiam magis: quippe cum affecti erga parentes iam dudum, atque obtemperantes natura sint. Adde quod priuatæ educationes à publicis differunt: non secus atque in medicina. Cum enim vniuersaliter febricitanti inedia, & quies conferat. Alicui tamen fortè non ita conducit; & pugillandi artifex non omnibus fortasse eandem pugnam imposuit. Videnturque magis exactè absolui singula, si priuata cura adhibeatur. Magis enim quod accommodatum sibi est, vnusquisque consequitur. *Alta hæc Philosophi meditatio, maiorem vim, et efficaciam inesse pontificum, quàm aliorum verbis commonstrat, ob eas præsertim rationes, quæ ibi repræsentantur. Ac videtur Sancti Chrysostomi verbis esse declaratum, consuetudinem fuisse hanc, vt patresfamilia domesticos suos è superiori loco alloquerentur. Nam de cultoribus agrorum ita habet;* Horum quemque cerneres nunc quidem boues iugantem aratorios, & aratrum trahentes, & profundum scindentem sulcum:

Arist. lib. 10. Mor. cap. 9.

Chrysostomus Homil. 19. ad Pop. Antioch.

ſulcum: nunc autem ſacrum aſcendentem tribunal, & ſubditorum animas arantem. Nunc quidem agri ſpinas excidentem falce, nunc verò ſermone ex animis peccata extergentem. *Nullus relinquitur dubitandi locus, quin maiora in auditorum animis illius efficiat oratio, qui vni ſemper curæ, ac ſtudio deditus ſit, qui ſummam inter cæteros auctoritatem habere exiſtimetur, qui in ipſos auditores plurima egregia voluntatis officia conferat, quique remedia ægrotanti opportuna ſuppeditet, quàm præſtare illius oratio poſſit, qui omni arte careat, ſitque talium rerum conditione, & ornamento planè deſtitutus. Mutuus ille gregis, ac paſtoris amor, ſacra illa affinitatis coniunctio, nonne ita deuinciet vtriuſque animos, vt nullo maiore vinculo conſtringi poſsint? Nonne cæleſtia munera humanis, ac terrenis anteponenda? Diuturna gregis cura, et ſolicitudo, fixus in eundem populum paſtoris obtutus, perpetua de ipſius ſalute, & incolumitate meditatio, nonne poterunt efficere, vt noua nos verborum medicamenta, et cuilibet apta ægrotanti comperiamus? Ita maximè. Xenophon, cum de cura familiari loqueretur, ait, ea opera, quæ ſine vocis pronuntiatione, & orationis opportunitate fiunt, conſequi finem non poſſe, ad quem deſtinantur. Ita enim habet;* Itaque

neceſſe

necesse est eum, qui, rectè agriculturam exercere velit, operas suas sic instruere, vt sint alacres & ad parendum promptæ. Eadem molliatur oportet qui copias aduersus hostes ducturus sit, vt eos, qui faciunt, quod viros fortes decet, muneribus ornet; ac non rectè, atque ordine munus suum obeuntes plectat. Etiam necesse est agricolam non minus interdum operas suas cohortando excitare, quàm Imperatores milites. *Quarum adhortationum vis et efficacia, sicut alibi refert Xenophon idem eodem libro, ex nauis decursu maximè apparet, quæ si vtatur scientissimo gubernatore, conficit cursum longè felicioremve, celerioremve, quàm si ab imperitissimo gubernetur.*

Xenophon. lib. 5. rerum memorab. de admonit. domest.

DE VETERIBVS CHRISTIANORUM, & Essenorum institutis.

Caput XI.

POST temporum, et ætatum ordinem, sequuntur leges, et instituta, quæ reperiemus eiusmodi, vt hoc alloquendæ multitudinis officium, tacentibus alijs, relinquerent illis tantummodo, in quibus plurimum inerat potentiæ, plurimumque auctoritatis. Ac præter ea, quæ tot confir-

mata teſtimonijs, et exemplis attulimus, operæpretium eſt Iuſtini Martyris auctoritatem afferre. In defenſione pro Chriſtianis ad Antoninum, ordinem rei diuinæ deſcribit, eoſque ritus, qui hodie ſolennes manent. Poſt varium inde ſermonem, addit munus eſſe cohortandi penes eum, qui ſit in tota concione grauiſſimus. Die, qui Solis dicitur, omnes, qui in oppidis, vel agris morantur, vnum in locum conueniunt; commentariaque Apoſtolorum, vel Prophetarum ſcripta leguntur, quandiu hora patitur: deinde, vbi is, qui legit, deſtitit, is, qui præeſt, admonet, & hortatur, vt ea, quæ lecta ſunt, bona imitemur. *Ab hoc autem Chriſtianorum inſtituto non abhorrebat Eſſenorum inſtitutum, de quo eſt apud Hebræum Philonem.* Nam Philo, ſicuti S. Hieronymus, & Euſebius, et Epiphanius aiunt, *cùm arbitraretur, gentem eam in Hebræorum perſeuerare ſecta, non ad Chriſtiana ſacra tranſgreſſam eſſe, quaſi populares extollendo ſuos, omnia eorum inſtituta fusè enarrat. Poſt longam igitur de Eſſenorum moribus, et inſtitutis narrationem, hæc deinde Philo ſubdit;* Per ſex dies ſeorſum quiſque in ſuis illis modò dictis Monaſterijs philoſophantur, non progredientes foras, immo neproſpicientes quidem

Iuſtinus Martyr Apolog. 2.

A Philo de vita contemp.
B De Scriptoribus Eccleſ. in Marco.
C Lib. 2. Hiſtor. Eccleſ. cap. 15. & 16.
D Hæreſi 29.

dem. Septima verò conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dexteram inter pectus, barbamque, siniſtram applicatam lateri. Tum progressus in medium natu maximus, & dogmatum eius sectæ peritissimus disserit vultu ad grauitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quàm oratores, aut ætatis nostræ sophistæ, ostentatores eloquentiæ, vt quibus magis cordi sunt exquisitæ sententiæ, diligensque, & accurata harum enarratio, quæ non summis insideat auribus, sed per auditum penetret in animum, ibique firmiter inhæreat. Reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantùm, aut capite. *Satis ex huius loci auctoritate constat, dicendi munus suscepisse eum, qui cæteros omnes in hoc publico hominum conuentu, et ætate, et scientia, rerumque vsu, et dicendi arte superaret. Quinimmo, ex hac eadem recitata sententia animaduerti facilè potest, qualem esse oporteat episcopalem concionem, ab eo videlicet remotissimam gestu, et quæsita vanitate, qua cæteri passim concionatores indecorè vtuntur, et cum ea coniunctam potius grauitate, vt singula dicta præcipuo quodam prudentiæ nitore eluceſcant. Inde*

enim fiet, vt ea minimè exaudiantur, quibus pulpita personare interdum audiuimus non sine maxima, grauique auditorum offensione, et iactura. Ac sanè deforme spectaculum, nec ad pastoralis personæ dignitatem satis honesta res est, conspici veneranda canicie senem præditum augustissimo sacerdotio, sacroque vestitu indutum, velut elinguem in pontificali solio sedentem, cùm interea iuuenum aliquis nullo loquacitatis suæ frano quidquid in buccam venerit, ad populum effundat, gestuque, et motu corporis penè ridiculo saltitet, atque iactetur. Talia spectacula nonnumquam in templis fuere, quæ ne redeant in posterum, admodum esse cauendum episcopis censemus, & ingenti labore, ne dicam periculo, tanto muneri satisfaciendum.

VARII RELIGIOSORVM mores, & instituta.

Caput XII.

ET SI varia sunt piorum hominum instituta, quibus religio, et Christiana pietas coli, ac foueri possit, ij nihilominus diuino cultui destinati homines non tam priuatis collocutionibus, quàm publicis etiam adhortationibus perfectæ suæ vitæ

finem

finem consequi maximè posse existimarunt. Quæ cùm ita se habeant, ab ijs magni Basilij verbis exordium faciamus; Quamobrem cui communis totius regendæ societatis data prouincia est, is ita esse animo affectus debet, quasi qui intelligat reddendam sibi de vnoquoque rationem: illudque sibi persuadere, si de fratribus aliquis in aliquod peccatum inciderit, quem prius ipse de iudicio Dei non præmonuerit, vel si iam lapsus in eo perstiterit, ac non rationem ipsam, qua sanari possit, docuerit, fore vt sanguis eius requiratur de manibus ipsius, sicut scriptum est, præsertim si non ex inscitia aliquid tacens præterierit eorum, quæ Deo non placent, sed ex assentatione, quòd se demittens ad cuiusque vitia accommodet, exactam sibi creditæ Reipublicæ disciplinam dissoluerit. Qui enim beatos vos dicunt, inquit, ipsi vos decipiũt, & viam pedum vestrorum disturbant. Qui autem turbat vos, ipse iudicium portabit, quicumque ille est. *Rem eandem in suis Cassianus Collationibus, præsertimque in totius Operis præfatione tractauit, cuius verba eiusce modi fuere*; Has interim decem collationes summorum Patrum, ideſt, Anachoretarum, qui in eremo Scithi morabantur vobis potissimum, ò Beatissime Papa Leonti, & Sancte Frater Helladi,

Basilius Resp. ad interrog. 25.

Cassian. in Collat.

di, credidi consecrandas. *Collatione item secunda Moyses Abbas cœpit ea narrare, quæ sibi adolescenti contigerant; aitque, maiores Patres, qui desertissima Thebaidis loca, et solitudines incolebant, exüsse interdum, et ab Antonio petüsse, quam ipse præcipuè virtutem arbitraretur, quæ ab omni ferali turba, et à quouis hostium incursu defendere monachum posset, et acerrimè tueri. Tulit Abbas à Sanctissimo Patre responsum, virtutem ad talia aptam & maximè accommodatam eam esse, quæ summam pari cum grauitate adhibet suauitatem, quam ipse Discretionem appellabat. Tertia quoque Collatione, Pannuphium veneranda maiestate virum, quarta, Danielem Abbatem, quinta, Serapionem loquentes facit, qui excellentissimi erant Christiana disciplina magistri, taleque nomen, et famam inter cæteros sustinebant. Atque ita deinceps Cassianus eos introducit ad loquendum, qui fuere venerabiles, siue propter ipsorum cognitionem circa mysteria Catholicæ religionis, siue propter auctoritatem, quam assecuti erant. Intra religiosorum quoque claustra floruerunt eiusmodi leges, quemadmodum Pachomij celeberrimi viri verba declarant, quæ nunc à nobis recitantur;* Mane per singulas domos finitis orationibus, non statim ad suas cellas reuer-

In Regul. S. Pachomij, reg. 7. & 8.

tentur,

tentur, sed conferent inter se quæ per præpositos audierint disputantes, & intrabunt cubilia sua. Disputatio autem à præpositis domorum per singulas hebdomadas tertiò fiet, & in ipsa disputatione, sedentes, siue stantes fratres suum ordinem non mutabunt, iuxta domorum ordinem, & hominum singulorum. Si quis dormitauerit sedens, præposito domus, vel monasterij principe disputante, surgere statim compelletur, & tamdiù stabit, donec ei videatur vt sedeat. *Hinc apparet eos, qui inter cæteros, principes sunt, quique summam obtinent auctoritatem, ad reliquos dixisse semper, eorumque conciones, cùm in mutuis interrogationibus, ac responsionibus consisterent, suum propterea nomen à disputationibus desumpsisse. Hunc retinuisse morem et Cassianum, et veteres religiosorum hominum Ordines satis compertũ habemus. Subsecutis verò temporibus, qua Sancti Benedicti familiam habuere, sui Abbatem monasterij Benedictus Pater hunc in modum est allocutus;* Memor sit semper Abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ, vtrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. *Paulòque inferiùs;* Cum ergo aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis. Ideſt omnia bona & sancta

Cap. 2. in Reg.

sancta factis ampliùs, quàm verbis ostendere, vt capacibus discipulis mandata Dei verbis proponat. *Capite item vigesimo septimo, Abbati Sanctus Benedictus imperat, vt ad eos coarguendos, qui propter vitæ, morumque improbitatem, & violatas religionis leges, ea plectuntur pœna, qua ij solent, qui numero impiorum, ac sceleratorum habentur, seniorum opera clam, et occultè vtatur, qui cùm ætate, consilio, ac prudentia insignes sint, facilè poterunt turbulentos eorum animos sedare, et flectere ad humilitatem. Ad ea hæc deinde subdit;* Magnopere enim debet solicitudine gerere Abbas circa delinquentes fratres, & omni sagacitate, & industria curare, ne aliquam de ouibus sibi creditis perdat. *Atque hæc eo animi consilio decreta fuere, propterea quòd noua quadam interdum et inusitata euenire poterunt, quibus non sua Abbati præsentia, sed aliena potiùs industria, alienoque labore consulere maximè licebit. In Romualdi Camaldulensis Eremitæ constitutionibus, qui floruit anno salutis nostræ nongentesimo, capite præsertim quinquagesimo quinto, vbi ea traduntur præcepta, quæ pertinent ad sacros monachorum conssus; præcipuas esse illius partes ait, qui reliquis officio excellit, ac dignitate, admonere, et adhortari cæteros suæ fidei commen-*

commendatos, explanando ſapius Religionis inſtituta, et præſcriptam viuendi normam, et leges. Atque non multum poſt hæc tempora, ſuã vir ſanctiſsimus Brunus erexit familiam, et inter cæteras leges, quibus eam muniuit, iubet loco conuentibus deſignato conciones haberi præcipuis diebus festorum celebritatibus; ſique aliquis dicturus, vel memoria vacillaret, vel alio naturæ impedimento retardaretur, eaſdem etiã de ſcripto recitari. Verùm, quoniam ſatis hæc clara ſunt de ijs hominibus, qui religioſam, ſiue intra claustra, ſiue intra ſolitudines, vitam profitentur, reliqua, quæ ad eandem rem comprobandam pertinerent, ſponte à nobis hoc loco prætermiſſa fuere.

Part. 2. Stat. cap. 13. §7. Compillat. 3. Statut. cap. 90. §5. 7.

DE PYTHAGORÆORVM VITA, & Doctrina Stoicorum.

Caput XIII.

PYTHAGORÆORVM nunc vitam, et diſciplinam exponemus ad imitandum, quæ licet profana eſſet, poteſt nihilominus nobis exempli lumen ad multa præferre, vt maiores in virtute progreſſus habeamus. Vbi primùm Pythagoras de ſuo in Italiam aduentu cœpit cogitare, à publico

Iambli. de vita Pythag. cap. 7.

blico dicendi munere ſuum inchoauit iter, vt populos ſalutaribus documentis flecteret in omnes partes, et erudiret. Hic cùm in Italiam veniſſet, plurimas ciuitates, et reſpublicas priuatim, et publicè praſtantiſſimis inſtitutis, et artibus exornauit. Hic turbidos atque concitatos ciuium iracundia motus ita compoſuit, vt ipſi ciues vnâ cum armis odium deponerent, et in gratiam planè bona redirent fide. Crotonis, Cap. 8. *aperto gymnaſio, vndique circumſeptus adoleſcentulorum corona, cœpit publicè dicere, et ea tradere præcepta, quibus ad virtutum ſtudia iuuentus duceretur, et ad ſenectutem ſummopere venerandam. Paulòque poſt hæc ſubdit;* Siquidem vrbibus ab natura quoque honoratius eſt quod præit, motuque primum eſt eo, quod tempore ſequitur; vt exempli gratia oriens occidente, aurora veſpere, principium fine, generatio corruptione. *Hæc præcepta ad rem plurimùm facere videntur, cùm Philoſophus ipſe ſumma canicie viros, quos nos antea epiſcopis aquiparauimus, debito honore ac reuerentia proſequeretur. Extat quoque ea lex ab eodem præſcripta, vt maiora videlicet inferioribus præſint, et ab inferioribus, minùſque dignis digniores in omnibus rebus cohoneſtentur, ſiue propter officij munus, ſiue propter ætatem...*

Pari

Pari nos exemplo rem indecoram esse, et honestam parùm, possumus affirmare, si qui cæteros gubernare, et continere in officio deberent, ipsi regantur, et gubernentur; et quem de suggestu orationem effundere oporteret, suas ipse alteri dicenti aures præbeat; et qui cæteros anteire, et excitare deberet, ipse impulsus, et commotus alterius vestigia, et notas persequatur. Pythagorica præterea vita exemplum, et sancita ab ea schola leges idem omnino suis discipulis commonstrant; Habebant autem in more, Cap. 21. vt qui annis, & ætate esset minimus, legeret: qui verò alios ijs maximè antecedebat, vice præsidis, quid, & quomodo legendum esset, fungeretur. Cùm abeundi tempus aduenisset, pincerna ipsis libamen infundebat. A libationibus, qui senio maximè venerandus erat, hæc monendo denunciabat. Ne quis plantam domesticam, quodque leniter ex terra fluit, ac fructuosum est, lædito, corrumpitove. Item præter superiora, vt de supremo Numine, deque minoribus Dijs, ac genere heroum ex animo bene sentirent, loquerentur, & cogitarent. Eodem modo de parentibus, ijsque, qui de nobis bene, & prolixè meriti sunt, sentiendum, cogitandumque esse, & legibus ferendam esse opem, & cum

ſcelere, ac legum contemptu bellum gerendum. *Ex quo loco maximè apparet, cuiuſnam proprium ſit et præcipuum munus tradere præcepta, cæteroſque ſapientia, et conſilio anteire. Apparet quoque illud in ea lege, quod alioquì minutum fortaſſe nimis habebitur, quòd iunior iubebatur librum legere, ſenior verò errata corrigere, et emendare, ſi qua legendo committerentur. Atqui noſtris hiſce temporibus, cùm formident epiſcopi ſuggeſtum aſcendere, ſummopere dubitandum nobis eſt, poßintne ipſi hoc idem præſtare, præditive ſint tanta doctrina et ſcientia, quanta opus eſſet ad eos tollendos errores, quì paſſim in ſuggeſtu exaudiuntur. Placuit nobis ea transferre verba, vt aliquibus ſaltem in rebus, illius vita innocentiam ſuſpiciant eccleſiarum rectores, et admirentur. Quam ego viuendi normam optarem vehementer, vt quiſque apud Iamblicum legeret, vt hac etiam via nonnullorum mores aliquam emendationem ſuſciperent. Stoicorum quoque conſuetudines, et ingenia perquiremus, in quibus aliqua eorum apparent veſtigia, qua nos modò comprobare aggreſſi ſumus. Regem ſolùm eſſe ſapientem, illius ſchola doctores, et magiſtri affirmabant. Quod quidem ad rem noſtram maximè faciet, ſi eo ſenſu, eove conſilio intelliga-*

tur,

tur, fore nimirum, vt animarum rectores tunc rectè ecclesiarum gubernacula teneant, si summa sapientia eas regere, et gubernare possint. Turpe siquidem est et deforme, conspici virum summa auctoritate, et calesti dominatu imperantem, ac planè diuinum; è contrario verò eundem sapientia vacuum, et exiguum illud ingenij lumen, si quid in eo est, iacere planè sopitum, et ferè extinctum. Marci Tullij verba, quæ à nobis superiùs citata fuere, hæc sunt; Quàm grauis verò, quàm magnifica, quàm constans conficitur persona sapientis? qui cùm ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solùm bonum, semper sit, necesse est, beatus, verèque omnia ista nomina possideat, quæ irrideri ab imperitis solent: rectiùs enim appellabitur Rex, quàm Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit. *Idem Laertij verba commonstrant;* Non solùm liberos sapientes, sed Reges etiam esse, cùm sit Regnum potestas nulli obnoxia, quæ in solis sapientibus consistat, vt ait Chrysippus.

Cicero 3. de Fin.

Laert. in Zeno.

DE

DE PASTORVM, ET Nauarchorum vita.

Caput XIV.

SVBIICIEMVS hoc loco mortalium oculis ea opera, eaſve actiones, qua non abſimiles à paſtoralibus eſſe ſolent, vt inde nimirum veſtigia appareant, in quibus inſiſtere Eccleſiarum paſtores maximè deceat. Tota in primis paſtoralis vita in eo poſita eſt, vt commiſſum ſibi gregem diligenter paſcat, cuſtodiatve. Neque humilem atque abiectam hanc allatam à nobis comparationem apud ſacros, profanosve ſcriptores eſſe exiſtimes, cùm ipſi Platoni placuerit aternum Numen paſtoris nomine appellare. Quòd enim dum quæreretur Rex, ciuiliſque vir ex præſenti circuitu, generationeque, Paſtorem ex contraria conuerſione adduximus, & pro mortali gregis humani Paſtore Deum commemorauimus, longiùs tranſgreſſi ſumus. *Paſtoralis hæc cura vocis, et orationis inſtrumento aptè diſponitur, et ſuſtinetur, hancque ob cauſam ea extant Saluatoris verba, cùm de ouibus, earumque paſtore loqueretur;* Et vocat nominatim, & educit eas. Et vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſ-

Plato Dial. de Regno.

Ioan. cap. 10. u. 3.

Ibid. u. 16.

paſtor. *Ad hanc vocem, et orationem, cantus, et ſonus accedit, de quo Gregorius Nazianzenus ſub egregia paſtoris ſimilitudine in hunc modum loquitur;* Haud quaquam idem eſſe exiſtimabam, ac ne nunc quidem exiſtimo, gregi, aut armento præeſſe, & hominum animas gubernare. Illic enim quàm pinguiſſimas, & obeſiſſimas oues, ac boues reddere ſufficit: idque ſibi, & paſtor, & bubulcus, ob oculos ponens, irrigua, & compaſcua loca explorabit, gregemque, & ad paſcua ducet, & à paſcuis educet, feſſumque recreabit, & aliò mouebit, & reuocabit, aliquoties quidem pedo, vt plurimum autem fiſtula. Nihil porrò aliud negotij paſtor, aut armentarius habet, quàm vt cum lupis nonnumquam pugnet, atque interdum etiam ægram ouem, aut bouem viſitet. Magna autem temporis parte quercus ipſi, & vmbra, & fiſtulæ curæ erunt, & in pulchra herba corpus ſternere, atque propegelidam aquam, & ſub leuiſſima aura lectulum ex tempore compingere, amatorium etiam quiddam cum ciſſybio cantillare, ac oues, vel boues alloqui, & ex his etiam pinguiſſimas quaſque comedere, aut pretio addicere. *Colligitur ex hac recitata ſententia, paſtoris fiſtulam epiſcopalium verborum ſonum re-*

Greg Nazianz. Apol. Orat. 1.

repraſentare, et ſuauem illum cantum, et veram eam eloquentiam, qua quemque praſulem praditum eſſe et ornatum oporteret. Ideoque ſuo lepore et elegantia Nazianzenus idem alibi paſtoralem vitam eorum vitæ ſimilem facit, qui ſuſtinent eccleſiarum curam, et adminiſtrationem; Dic, quæ paſcua petenda, qui fontes adeundi, ac rurſum quæ paſcua vitanda, quive latices, qui baculo regendi, qui fiſtula: Quo tempore ad paſcua ducendus grex, & quò rurſum à paſcuis reuocandus: Quo modo bellum lupis inferendum, quo modo non laceſcendi paſtores, hac præſertim tempeſtate, qua paſtores ſtultè ſe ſe geſſerunt, atque oues paſcuæ diſperſerunt (vt eadem, quæ ſanctiſſimi Prophetæ, ijſdem verbis deplorem) quo modo quod infirmum eſt, roborabo, quod lapſum eſt, erigam, quod oberrat, in viam reducam, quod perijt, conquiram, quod integris viribus eſt, conſeruabo: quo, inquam, modo hæc addiſcam, atque ita, vt recta paſtoralis artis, veſtraque ratio poſtulat, cuſtodiam, ac non quod ſcelerati paſtoris eſt, lac comedam, & lana induar, & pinguiſſima quęque iugulem, aut vendam, reliqua autem beſtijs, & præcipitijs relinquam, me ipſum paſcens non gregem, quemadmodum olim

Gregor. Nazian. in Apolog. & ad Patrem ſuũ Greg. Orat 7.

Iſrae-

Israelitarum præfectis obijciebatur. *Ecquis hoc loco existimasset vnquam ita posse contingere, vt pastorem pecudes ipsa regerent, et suæ vocis sono ducerent eundem quò vellent, et suaues ipsa ederent sonos, siluestrique fistula vterentur? Id solet interdum accidere, cùm ipsi ecclesiarum pastores, et aliena salutis ministri, muti sileant et elingues, alienoque ore ac sono diuinæ laudes compleantur. Qui si ita fecerint, non ad eorũ egregiam laudem ea exaudientur, quæ olim de quodam armentorum custode, et siluestri eius fistula aptè, et magnificè celebrata fuerunt.*

Adfuit omne genus pecudum, genus omne ferarum, — Apud Calfur. Ecloga 2.
Et quæcumque vagis alitum ferit aera pennis.
Conuenit vmbrosa quicumque sub ilice lentas.
Pascit oues, Faunusque pater, Satyrique bicornes.
Adfuerunt sicco Dryades pede, Naiades vdo.
Et tenuere suos properantia flumina cursus.
Desistunt tremulis incurrere frondibus Euri.
Altaque per totos fecere silentia montes.

Neque ea admiratione digna quoque essent illa Virgilij carmina;

Virgil. Eclog. 6.

Tum verò in numerum, Faunosque, ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

Id ferarum genus, et hæc horrida monstra magnis coopertos flagitijs homines, siluestremque, et incultam multitudinem repræsentant, cuius feritatem demulcire suaui vocum cantu, ac sono, pro suo omni conatu pastores oportebit. In hanc sententiam præclare facit id, quod narrat Elias Cretensis, dum hæc habet de episcopali dignitate. Vt enim armentarius, aut pastor, nec ouis, nec bos est, sed sublimioris, ac præstantioris naturæ: eodem modo, qui hominibus præest, quantum ad virutem, ac coniunctionem cum Deo, supra hominem esse debet. *Illud quoque de episcopali prædicatione verissimum esse comperiemus, si quæ à nauarchis aguntur, dum vela parant, seque mari committunt, considerabimus. Neque comparatio erit aliena à re, quam tractamus, et minimè indecora, cum à Clemente Romano vniuersa Ecclesia naui aquiparetur hisce verbis;* Cùm verò Ecclesiam Dei conuocas tanquam magnę nauis gubernator iube cum omni prudentia,

Elias Cretens. apud Gregor. Nazian. in Apolog. or. 2.

Clem Rom. lib. 2. Cōst. Apost. cap. 57.

con-

congregari præcipiens diaconis, veluti nautis, vt loca fratribus tanquam nauigantibus valdè accuratè, & honestè disponant. Ac primum quidem sit ædes oblonga ad orientem versus naui similis, vtrinque pastophoria in orientem. *Sub hac eadem similitudine, Gregorius Nazianzenus in eo præcipuas esse positas episcopi partes ait, vt sedeat ad puppim, clauumque teneat, et gubernet. Ad quam ecclesiæ curam, et gubernationem sustinendam non corporis, non lacertorum vires requiruntur, quales totius requirit recta nauis gubernatio, sed indiget lingua vsu, vt ea veluti clauo, salutaribus documentis humana mentes regantur. Quam similitudinem aptam esse rei, et maximè accommodatam ea declarant Iacobi verba;* Ecce & naues cum magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. *Episcopalis quoque lingua non solùm nauis clauo aquiparatur, sed nautico etiam illi clamori, seu signo, à quo passim omnes pendent, vbi exauditur. Hac de eo Virgilius habet;*

Dant clarum è puppi signum. *Et alibi;*
Consident rostris, intentaque brachia remis;

Greg. Nazianz. orat. 1. in Apolog.

Epist. Iacobi cap. 3. v. 4.

Virgilius lib. 7. Æneid.

Ibid. lib. 5.

Intenti expectant signum.

Huic signo portisculi nomen Maiores dedere.

Hinc ea extant Ennij carmina;

Ennius 1. Annal. Tonsas ante tenentes,
Parerent, obseruarent portisculu signum,
Quum dare cœpisset.

Nonius Marcell. cap. 2. nu. 367. *Id quoque vnum Nonij Marcelli auctoritate, ac testimonio confirmatur, dum hæc subdit;* Portisculus proprie est hortator remigum, idest, qui eandem perticam tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum, & exhortamenta moderatur. *Quam curam et administrationem modò aperte loquendo, modò inarticulatè, et vnica tantum voce, vel potiùs sibilo sustinebat.* Plautus in Asin. Act. 3. *Quocircà Plautus hæc dixit;* Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi, ad loquendū, atque ad tacendum tu te habeas portisculum. Festus apud Catonis fragmēta. *Cato autem hæc habet.* Remiges scripti ciues Romani sub portisculum, sub flagrum conscripti veniere passim. *Ad hunc clamorem, siue vocem inarticulatam videtur alluisse Statius hisce carminibus;*

Sæuus vbi è puppi longo clamore magister
Dissipat amplexus.

Hinc maximè animaduertendum est episcopo, totius Ecclesiæ rectam gubernationem à suis vocibus, immo aliquando ab ingenti clamore, cùm

vlti-

vltima instant discrimina, pendere, vt felicem nauigationis cursum teneat, et optatum salutis portum tandem aliquando consequatur.

DE ARGVMENTIS è linguarum mysterijs desumptis.

Caput XV.

SED quis credat externarum quoque vocum interpretatione posse demonstrari, episcopi hoc esse munus, vt in maxima hominum frequentia, publicisque locis concionetur? Nos verò id efficiemus, et ad ea, qua sunt hactenus allata, non vltimum hoc è linguarum mysterijs argumentum accedet. Salomon summus ille Regum eam habuit sapientiam, vt non solùm humanas Principum actiones, et officia profana, sed etiã diuina sustineret. Is Graco nomine nuncupatur ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΣ, *cui voci respondet apud nos vox ipsa concionatoris, vt multi sciunt, vtque locus apud Aristotelem d clarat in primo Rhetoricorum libro. In diuinis quoque Litteris eadem est significatio nominis huius, ipseque Salomonis liber extat in hunc modum inscriptus;* Verba Ecclesiaste fili Dauid Regis Ierusalem.

Nec

Nec multò post hac habentur; Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem. *Quibus nempe locis declaratur, magnum Salomonem in tanta fortuna, tantoque rerum fastigio, non alienum ab sua maiestate concionandi munus existimasse.* Prouerb. cap. 30. u. 1. *At in Prouerbiorum libro extat Caput cum hac inscriptione;* Verba congregantis filij vomentis. *Quo loco satis apparet congregandi verbum, et concionandi vim eandem habere. Nam concionari est ciere populum in vnam sedem; quod alio modo dixeris congregare. Vomentis autem illud idem est, ac loquentis, siue proferentis, et enuntiantis aliquid, estque translatio* Psal. 44. u. 1. *non dissimilis ei tropo; quo dictum fuit*; Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Hebraicam verò vocem si perscrutemur, ea pro Ecclesiaste* קהלת *habet, quo nomine Salomon ob duas causas insignitus fuit, sicuti Rabbi Dauid Chimchi, et Mercerus, homines alioqui à vera religione alieni, tradunt. Chimchi, congregatoris, siue concionatoris nomen ex eo ductum ait, quòd artium, et scientiarum omnium quendam quasi chorum in animo congregatum Rex ille Regum haberet. Mercerus, ex eo, quòd alta sua sapientia congregaret, detineretque cœtus hominum, sic appellatum esse Salomonem refert, idque munus*

fuisse

fuiſſe ſummorum ſacerdotum, Leuitarum, et Regum, atque Prophetarum addit. Vis autem vocis קהלת *eadem eſt ac* נקהל *qua ſignificat ad concionem conuenire. In trigeſimo Prouerbiorum capite Hebraicè legitur* אגור, *quem Salomonis ætate, ex Hebræorum doctoribus aliqui tanta ſapientia, probitatiſque fuiſſe virum crediderè, vt voluerit Salomon illius dicta, et ſententias ſuis adnectere ſententijs, et dictis. Sed Vulgata lectio ſecus habet in hunc videlicet modum;* Verba congregantis filij vomentis : *hoc eſt, verba illius, qui in concione mirificos, vaticinoſque ſermones offert. Sequitur enim;* Viſio, quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus. *Nunc videamus quid Arabica lingua ſuppeditet ad hanc ſententiam accommodatum. Primùm omnium illud animaduerto, vocem* امير *qua voce præfectus, ſiue rector notatur, oſtendere proprium atque germanum eſſe concionandi munus eorum, qui in alios dominantur. Ducitur enim à radice* امر, *qua eſt fortaſſe Hebræorum* אמר, *et ſignificat dicere, vel perſuadere. Alia quoque voce Principem notant Arabes, dicuntque, et ſcribunt* امام *quaſi dicant, eum, qui ſtat in conſpectu populorum, videtque ſemper eos, et ipſum populi viciſſim vident, non gubernantem tantummodo, et ad-*

Nec multò post hæc habentur; Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem. *Quibus nempe locis declaratur, magnum Salomonem in tanta fortuna, tantoque rerum fastigio, non alienum ab sua maiestate concionandi munus existimasse.*

Proverb. cap. 30. u. 1. *At in Prouerbiorum libro extat Caput cum hac inscriptione;* Verba congregantis filij vomentis. *Quo loco satis apparet congregandi verbum, et concionandi vim eandem habere. Nam concionari est ciere populum in vnam sedem; quod alio modo dixeris congregare. Vomentis autem illud idem est, ac loquentis, siue proferentis, et enuntiantis aliquid, estque translatio*

Psal. 44. u. 1. *non dissimilis ei tropo; quo dictum fuit*; Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Hebraicam verò vocem si perscrutemur, ea pro Ecclesiaste* קהלת *habet, quo nomine Salomon ob duas causas insignitus fuit, sicuti Rabbi Dauid Chimchi, et Mercerus, homines alioqui à vera religione alieni, tradunt. Chimchi, congregatoris, siue concionatoris nomen ex eo ductum ait, quòd artium, et scientiarum omnium quendam quasi chorum in animo congregatum Rex ille Regum haberet. Mercerus, ex eo, quòd alta sua sapientia congregaret, detineretque cœtus hominum, sic appellatum esse Salomonem refert, idque munus*

fuisse

fuisse summorum sacerdotum, Leuitarum, et Regum, atque Prophetarum addit. Vis autem vocis קהלת *eadem est ac* נקהל *quæ significat ad concionem conuenire. In trigesimo Prouerbiorum capite Hebraicè legitur* אגור, *quem Salomonis ætate, ex Hebræorum doctoribus aliqui tantæ sapientiæ, probitatisque fuisse virum crediderè, vt voluerit Salomon illius dicta, et sententias suis adnectere sententijs, et dictis. Sed Vulgata lectio secus habet in hunc videlicet modum;* Verba congregantis filij vomentis: *hoc est, verba illius, qui in concione mirificos, vaticinosque sermones offert. Sequitur enim;* Visio, quam locutus est vir, cum quo est Deus. *Nunc videamus quid Arabica lingua suppeditet ad hanc sententiam accommodatum. Primùm omnium illud animaduerto, vocem* امير *qua voce præfectus, siue rector notatur, ostendere proprium atque germanum esse concionandi munus eorum, qui in alios dominantur. Ducitur enim à radice* امر, *quæ est fortasse Hebræorum* אמר, *et significat dicere, vel persuadere. Alia quoque voce Principem notant Arabes, dicuntque, et scribunt* امام *quasi dicant, eum, qui stat in conspectu populorum, videtque semper eos, et ipsum populi vicissim vident, non gubernantem tantummodo, et ad-*

mi-

miniſtrantem, ſed cohortantem, reprehendentem, atque perſuadentem. Poſſet vox eadem, et appellatio Principis conuenire cum altera, nimirum, الملك *quod idem eſt ac ſi quis dicat: caue tibi; debetque vox ea propria Principum eſſe, non tam vt ſuppliciorum denunciatione coerceant ſubiectos, quàm vt ſapienter temperato ſermone caſtigent. Id autem ſi laicum decet Principem, tantò magis Eccleſiaſticum decebit. Quin etiam epiſcopum ipſum* قسيس *appellant: quam vocem Camus hiſce verbis interpretatur;* قسيس *eſt qui apud Chriſtianos auctoritatis, et ſcientiæ caput eſt. Quòd ſi apud Arabes ita definitur noſtræ Catholicæ religionis epiſcopus, certè tacendo ſemper ille, neque populum erudiendo, non poterit doctrina, ſapientiaque princeps appellari. Animaduerto demum, hunc eſſe morem apud Arabes, vt qui praua illius ſuperſtitionis ritus pontificali quadam auctoritate tractant et obeunt, ſoli poteſtatem eam habeant, vt ad populum de miſerandis illis legibus, inſtitutiſque concionentur.*

Cateris neque in ſuperiorem locum aſcendere loquendi cauſa, neque præcipere de religione, vel agere quidquam eſt permiſſum.

FINIS.

RERVM MEMORABILIVM INDEX.

A

AARONIS conciones. 8
Abbatis munus. 191
Abrahami Patriarchæ conciones. 9
Actiones quæ minus præcipuæ Episcopi. 72
Ægyptiorum in eligendis Iudicibus, & sacerdotibus consuetudo. 166
Ægyptiorum sacerdotum auctoritas. 167
S. Ambrosij in concionandi munere solicitudo. 18
Potentia in dicendo. 84
Electio ad Episcopatum. 88
Occupationes, studium, & labor. 115
Concionandi forma. 125
Amphionis cithara. 143
Angaria quid apud S. Augustinum. 79
Angelorum mutua dependentia. 93
Apostoli quanti facerent Verbum Dei. 77
Eorum munus præcipuum. Ibid.
Concionandi studium. 16
Præcepta. 49
Archidiaconi munus. 107
Archiepiscopi munus erga suos suffraganeos. 57
S. Athanasij litteræ concionales. 110
Fuga, & spelunca. Ibid.
Hospitium. 111
Auditorum contumacia, & obedientia erga Pastores. 71
S. Augustini in concionando studium, & solicitudo. 19
Auctoritas apud populum. 69
In dicendo potentia. 89
Studium, & labor. 114

Eloquentia, & ſtudium. 162
Cur declamare dictus. 69
Quanti faceret prædicandi munus. 72
Auxilia naturæ ad concionandum. 139

B

BElli dux qualis eligendus. 150
Brachmanes qui, & quanto in pretio habiti. 169
Braccarenſis Concilij decretum de Epiſcopi concione. 54

C

CÆſarij auctoritas de epiſcopi concione. 45
Camaldulenſium inſtituta. 192
Canones Apoſtolici de epiſcopi concione. 42
Canonum ſacrorum ſtudium quàm neceſſarium epiſcopo. 119
Cantus ſacri in Eccleſia Ambroſiana inſtitutio. 84
Capitularium Librorum decreta de epiſcopi concione. 68
S. Carolus quanti faceret concionandi munus. 4
S. Caroli ſtudium, & exercitatio. 1
Concionandi ſtudium. 24
Obtrectatores. 103
Deſiderium. 108
Pronunciatio. 138
Carthaginenſis concilij decreta de epiſcopi concione. 50
Carthuſianorum inſtituta. 193
Catechiſta qui, eiuſque inſtitutio. 96
Chintillani Regis concio. 158
Chriſtus cur appellatus Magiſter, & Doctor. 12
Eius præcipuum munus. 10
Chriſtianorum, & Eſſenorum inſtituta. 185
Clementis auctoritates de epiſcopi concione. 26
Clerus quomodo epiſcopali concioni intereſſe debeat. 53
Quomodo ab epiſcopo inſtituendus. 60
Conciliorũ auctoritates de epiſcopi concionibus. 42. 53. 57. & 59
Concionandi munus cur ad epiſcopos maximè pertineat. 3
Idque varia oſtẽditur ex ſacrarũ Litterarũ auctoritate. 4. 170
Ex ipſius muneris præſtantia. 5
Exemplo Patriarcharum. 7
Melchiſedech. 7
Aaronis. 8
Abrahami. 9
Chriſti exemplo. 10

INDEX

Et Apostolorum. 14
Præcipuè Petri, & Pauli. 15
Et Ioannis Euangelistæ. 17
Exemplo Sanctorum Episcoporum. 18
Cypriani, Ambrosij, & Augustini. 18
Gregorij Magni. 20
Galdini. 22
Episcoporum Africæ. 23
S. Caroli. 1. 24
Ex sacris auctoritatibus. 25
Dionysij, Clementis, & Euaristi. 25. 31
Symmachi Primi. 34
Cypriani, Athanasij & Marci. 35
Hilarij, Ambrosij, & Chrysostomi. 38
Augustini, Prosperi, Cæsarij, Fulgentij, Gregorij Magni, & Nicolai. 42
Ex Apostolorum præceptis. 49
Ex præceptis conciliorum Carthaginensis, & Sardicensis. 49
Matisconensis, Braccarensis, & Trullani. 53
Arelatensi, Turonensis, & Libris Capitularibus. 57
Concilij Regiatici ni, Ticinensis, Trosleiani. 59
Concilij Tridentini. 61
Ex scriptis Zonaræ, & Theodori Balsamonis. 62
Ex muneris ipsius magnitudine, & gloria. 67
Ex comparatione aliarum actionum episcopalium. 76
Ex episcopi dignitate, & præcipuo munere. 80
Ex ipsius muneris vtilitate. 81.88
Ex damnis, quæ ex illius intermissione consequuntur. 102
Ex antiqua Ecclesiæ consuetudine. 106.109
Ex muneris ipsius facilitate. 112.124.129.135
Deorum Gentilium exemplo. 139
Pontificum, & sacerdotum Idolorum. 144
Principum, & Tyrannorum. 146
Constantini Magni. 149
Regum Christianorum. 158
Exercituum Imperatorum. 159
Romanorum Consulum, Dictatorum, Tribunorum. 164
Ægyptiorum, Druidum, & Gymnosophistarum. 186
Antiquorum Hebræorum. 170
Ex humanæ speciei legibus. 174
Ex ætate senum. 176
Exemplo curæ domesticæ, & familiaris. 182

Eloquentia, & ſtudium. 162
Cur declamare dictus. 69
Quanti faceret prædicandi munus. 79
Auxilia naturæ ad concionandum. 139

B

Belli dux qualis eligendus. 150
Brachmanes qui, & quanto in pretio habiti. 169
Braccarenſis Concilij decretum de Epiſcopi concione. 54

C

Cæſarij auctoritas de epiſcopi concione. 45
Camaldulenſium inſtituta. 192
Canones Apoſtolici de epiſcopi concione. 49
Canonum ſacrorum ſtudium quàm neceſſarium epiſcopo. 119
Cantus ſacri in Eccleſia Ambroſiana inſtitutio. 84
Capitularium Librorum decreta de epiſcopi concione. 68
S. Carolus quanti faceret concionandi munus. 4
S. Caroli ſtudium, & exercitatio. 1
Concionandi ſtudium. 24
Obtrectatores. 103
Deſiderium. 108
Pronunciatio. 132
Carthaginenſis concilij decreta de epiſcopi concione. 50
Carthuſianorum inſtituta. 193
Catechiſta qui, eiuſque inſtitutio. 96
Chintillani Regis concio. 158
Chriſtus cur appellatus Magiſter, & Doctor. 12
Eius præcipuum munus. 10
Chriſtianorum, & Eſſenorum inſtituta. 185
Clementis auctoritates de epiſcopi concione. 26
Clerus quomodo epiſcopali concioni intereſſe debeat. 53
Quomodo ab epiſcopo inſtituendus. 60
Conciliorũ auctoritates de epiſcopi concionibus. 49. 53. 57. & 59
Concionandi munus cur ad epiſcopos maximè pertineat. 1
Idque varia oſtẽditur ex ſacrarũ Litterarũ auctoritate. 4. 170
Ex ipſius muneris præſtantia. 5
Exemplo Patriarcharum. 7
Melchiſedech. 7
Aaronis. 8
Abrahami. 9
Chriſti exemplo. 10

INDEX

Et Apostolorum. 14
Præcipuè Petri, & Pauli. 15
Et Ioannis Euangelistæ. 17
Exemplo Sanctorum Episcoporum. 18
Cypriani, Ambrosij, & Augustini. 18
Gregorij Magni. 20
Galdini. 22
Episcoporum Africæ. 23
S. Caroli. 2. 24
Ex sacris auctoritatibus. 25
Dionysij, Clementis, & Euaristi. 25. 31
Symmachi Primi. 34
Cypriani, Athanasij & Marci. 35
Hilarij, Ambrosij, & Chrysostomi. 38
Augustini, Prosperi, Cæsarij, Fulgentij, Gregorij Magni, & Nicolai. 42
Ex Apostolorum præceptis. 49
Ex præceptis conciliorum Carthaginensis, & Sardicensis. 49
Matisconensis, Braccarensis, & Trullani. 53
Arelatensi, Turonensis, & Libris Capitularibus. 57
Concilij Regiaticini, Ticinensis, Trosleiani. 59
Concilij Tridentini. 61
Ex scriptis Zonaræ, & Theodori Balsamonis. 62
Ex muneris ipsius magnitudine, & gloria. 67
Ex comparatione aliarum actionum episcopalium. 76
Ex episcopi dignitate, & præcipuo munere. 80
Ex ipsius muneris vtilitate. 82.88
Ex damnis, quæ ex illius intermissione consequuntur. 102
Ex antiqua Ecclesiæ consuetudine. 106.109
Ex muneris ipsius facilitate. 112.124.129.135
Deorum Gentilium exemplo. 139
Pontificum, & sacerdotum Idolorum. 144
Principum, & Tyrannorum. 146
Constantini Magni. 149
Regum Christianorum. 158
Exercituum Imperatorum. 159
Romanorum Consulum, Dictatorum, Tribunorum. 164
Ægyptiorum, Druidum, & Gymnosophistarum. 186
Antiquorum Hebræorum. 170
Ex humanæ speciei legibus. 174
Ex ætate senum. 176
Exemplo curæ domesticæ, & familiaris. 182

E veteribus Christianorum, & essenorum institutis. 185
Ex varijs religiosorum moribus, & institutis. 188
E Pythagoræorum vita, & doctrina Stoicorum. 193
E Pastorum, & Nauarchorum vita. 198
Argumentis è linguarum mysterijs desumptis. 205
Concionandi munus quanti factum à S. Carolo. 2. 4. 24
A Constantino Magno. 5
Ab Apostolis. 14. 77
A Sanctis Patribus. 18. 79
Quando aliena opera expleri possit ab episcopo. 92. 96
Quando intermitti possit ab episcopo. 100
Quando per litteras expletum. 20. 109
An omitti possint ab episcopo excusatione ignorantiæ. 112
Vel propter naturæ impedimenta. 129
Aut ratione pusillanimitatis. 135
Quàm magnum & glorioſum. 67
Quomodo magis aut minùs splendidum ex auditorum contumacia, vel obedientia. 71
Quàm vtile. 5. 82. 88
Quando, & à quo inceperit. 7. 15
Eius præstantia. 5. 56. 67. 173
Et potentia. 67. 84
Intermissi muneris damna. 102
Concionandi per litteras consuetudo. 21. 109
Per alios quando vetitum. 106
Concio episcopalis. Vid. Episcopi.
Concionatorum munus, & victus. 29
Delectus. 101
Paucitas primis Ecclesiæ temporibus. 95
Nostri temporis multitudo. 96
Arrogantia. 102
Temeritas. 105. 152
Ostentatio. 152
Imperitia. 153
Multitudo, & leuitas. 33
Importunitas. 44
Corepiscoporum munus. 94
Consecrandi Pontificis ritus. 25
Constantini Magni studia. 149
Religio. 150
Sapientia. 151
Animi altitudo. 152
Conciones, & concionandi ratio. 152

Re-

Reprehensiones. 154
Habitus corporis in audienda verbi Dei prædicatione. 155
Consulum Romanorum eloquentia. 164
Contumacia auditorum. 71
Curę domesticæ, & familiaris cum pastorali cura comparatio. 182
S. Cypriani desiderium, & concionandi studium. 18. 21
Cultus, & victus. 29
Concionandi assiduitas. 35
Litterę concionales, 109

D

Declamandi munus qui olim obirent. 149
Vid. Concionandi munus.
Declamare cur dictus S. Augustinus. 69
Demosthenis eloquentia. 83. 147
Deorum Gentilium conciones. 139
Diaconi cur episcopo concionanti assistant. 31
Dictatorum Romanorum eloquentia. 165
Dignitas Episcopi. 80
Dionysij Tyranni conciones. 148
S. Dionysij Areopagitæ auctoritates de episcopi concione. 25
Doctrina Christiana necessaria Episcopo. 116
Et quæ præcipuè 26. 31. 119
Doctor cur Christus appellatus. 13
Dotes Episcopi maximè necessariæ. 28
Druidum Gallorum munus, & auctoritas. 168
Dogmata. Ibid.

E

Ecclesiæ cum naui comparatio. 97
Ecclesiarum auctoritas quomodo amissa. 68
Ecclesiastes cur dictus Salomon. 205
Ecclesiastes Episcopi coadiutor quando haberi cœperit. 96
Elementorum agendi ratio, & ordo. 93
Eloquentia quorum propria. 180
Eloquentiæ vis, & vtilitas. 82, 102
Typus. 180
Eloquentia Demosthenis. 83. 147
M. Tullij. 82
Veterum Patrum. 83

S. Io. Chryſoſtomi. 85
S. Auguſtini. 87
Herculis. 180
Epiſcopi cur ſpeculatores dicti. 172
Cur dicti præsbyteri, & Papæ. 179
Arabica lingua quo nomine appellati. 208
Quàm attentè à populis audiendi. 45
Litibus dijudicandis, quàm indecenter incumbant. 79
A quibus rebus abſtinere debeant. 81
Quando aliena opera explere poſſint concionandi munus. 92.96.98
Qui & quando per litteras concionari ſoliti. 109
Quibus cauſis excuſentur à concionandi munere. 99.100.180
An excuſentur propter ignorantiam. 118
Vel propter naturæ impedimenta. 129
Aut ratione puſillanimitatis. 135
Vid. Concionandi munus.
Epiſcoporum præcipuum munus. 3.7.26.80.93
Virtutes præcipuæ. 25
Victus, & cultus. 28
Dignitas in quo præcipuè poſita. 65
Auctoritas, & maieſtas. 31.67
Imperium, & auctoritas. 75
Dignitas. 80.178
Vita, & mores. 90
Actiones præcipuæ. 76
Doctrina. 196
Monita, & adhortationes quantum poſſint. 283
Vetus concionandi conſuetudo. 30
Concionandi frequentia. 30
Concionandi modus & doctrina. 31
Aſſiſtentes in concione diaconi. 31
Concionandi neceſſitas. 39.47
Peccata an latere poſſint. 91
Comparatio cum patre familias. 182
Cum Paſtoribus. 198
Cum Nauarchis. 20
Epiſcopalis concio quanti facienda. 19
Quo honore & attentione audienda. 33
Quam auidè expetita. 37
Cur neglecta. 46
Quibus præcipuè diebus habenda. 53.55.60
A quibus audienda. 53

In

INDEX

In visitatione qualis. 54
In aliena diœcesi quando permissa. 50. & seq.
Qua lingua habenda. 58
Ad Clerum quomodo habenda. 60
Quàm libenter à populis audita. 61
Episcopalis concionis necessitas. 39-47
Materia & doctrina. 31
Elegantia, & ornamenta. 44
Partes. 54
Forma. 124
Dictio. 59
Præstantia. 178
Gestus & grauitas. 187
Argumentum. 24.54
Fructus, & vtilitas. 64. 82.88
Omissæ damna. 37.41.42.68.102
Pœna. 49
Peccatum. 60.62.63
Studium. 119
Episcoporum nostri temporis error. 70.79
Querelæ inanes de temporis angustijs. 131
Metus inanis. 44
Inanis excusatio. 50.65. 112. 129. 135
Episcoporum quorundam Africæ miraculum, & conciones. 23
Eringij Regis concio. 158
Essenorum vita, & instituta. 186
Euangelij publicè legendi munus ad quos olim spectaret. 107
Præco verus, & germanus. ibid
Euaristi auctoritas de Episcopi concione. 31

F

FOrma concionis Episcopalis. 124
Francisci Toleti concio. 136
S. Fulgentij auctoritas de Episcopi concione. 46

G

S. GAldini concionandi labor, & solicitudo. 22
Obitus. ibid.
Gentilium Deorum conciones. 139
Gregis cura quanti facienda. 92
Gregorij Magni concionandi industria. 80

La-

Labor, & assiduitas. 47
Dicta de Episcopi officio in concionando. 47
Gregorij Nazianzeni querela de sui populi contumacia. 71
Oratio. 127
Gregorij Thaumaturgi querela de sui populi contumacia. 73
Fama, & miracula. Ibid.
Guntranni Regis documentum de concione ab Episcopo habenda. 105
Gymnosophistæ qui, & quantæ auctoritatis. 169

H

HErculis eloquentia. 143. 180
Herodis ambitio, & concio. 149
Hierarchiæ ecclesiasticæ leges. 93
S. Hilarij conciones. 38

I

IEremiæ Prophetæ conciones de scripto pronuntiatæ. 21
Ignorantia an excusentur Episcopi à concionandi munere. 112
Impedimenta naturæ, quæ & an excusent Episcopos à concionandi munere. 129
Imperator exercitus quis, & qualis eligendus. 159
Imperatorum exercituum conciones. 159
Interdictum contra eos, qui à concione discedunt. 5
S. Io. Baptistæ conciones. 11
S. Ioannes Euangelistæ in concionando studium. 16
S. Io. Chrysost. querela de populi negligentia ad suas conciones, 72
Dicendi vis. 85
Exilium. Ibid.
Liber de sacerdotio quàm accuratè legendus. 41
Ioannis Palcologi conciones. 159
Ioannis Zonaræ testimonia de Episcopi concione. 63
Iouis apud poetas conciones. 140
Iudicum Ægyptiorum electio. 166

L

LIbrorum capitularium auctoritas de Episcopi concione. 58
Litteræ concionales. 109

Ludouici Imperatoris concio. 158
Ludouici Regis concio. 158

M

MAgister cur appellatus Christus. 11
Quibus debeatur magistri nomen. Ibid.
M. Tulij elegantia, & auctoritas. 83
Melchisedech conciones. 7
Memoriæ imbecillitas an excuset episcopum à concionandi munere. 135
Mensarum genera tempore Apostolorum. 77
Et cur earum ministratione se illi abdicarint. Ibid.
Mercurius cur sine manibus, & pedibus. 181
Eiusdem eloquentia. 140
Mercurij nomen cur inditum Paulo Apostolo. 15
Monachorum mores, & instituta. 188
Mores episcopi quales esse debeant. 90
Muliebris sexus quàm inferior virili. 172

N

NAturæ impedimenta, & auxilia ad concionandum. 129
Nauarchorum vita, & comparatio cum episcopo. 198
Nestoris eloquentia. 181
Nicolai Pontificis auctoritas de Episcopi concione. 48

O

OBedientia auditorum erga suos pastores. 71
Obliuioni in dicendo quomodo succurendum. 135
Vid. Memoria.
Oeniandi episcopi libertas. 75
Optaris concio ad milites. 161
Oratio aut sermo episcopalis. 114
S. Pauli. 131
Veterum Patrum. 126
Francisci Toleti. 136
Speroni. Ibid.
Bargæi. 137
Orationis genera. 126
Orarorum veterum eloquentia, & auctoritas. 83
Potentia. 143

INDEX

P

PApæ nomen vnde, & quorum proprium. 179
Paſtores ad concionandum inuitari ſoliti. 50
Paſtorum linguæ cur ſileant 105
Concionari negligentium pœna. 49
Cum patribus familias ſimilitudo. 182
Monita, & exhortationes quantum poſſint. 183
Vid. Epiſcopi.
Paſtorum vita, & comparatio cum epiſcopis. 198
Paſtoralis concionis partes. 54
Vis, & vtilitas. 82
Forma. 105
Vid. Concionandi munus.
Patrum veterum in concionando ſtudium. 58
Querela de contumacia auditorum. 74
In dicendo potentia. 84
Oratio. 126
Patris familias cum Epiſcopo comparatio. 182
Paulus Apoſtolus cur dictus Mercurius. 15
Quàm concionandi ſtudioſus. 15
Peccata Epiſcoporum an latere poſſint. 91
Petri Apoſtoli prædicatio. 25
Petri Bargæi oratio. 137
Pœna in Epiſcopos non concionantes. 49
Pontificis conſecrandi ritus. 25
Pontificum idolorum in dicendo auctoritas. 144
Priuilegia & honores. 145
Populi erga epiſcopum obſeruantia qualis eſſe debeat. 45
Obſequium in Auguſtinum 69
Contumacia, & obedientia erga paſtorem. 71
Portiſculus quis. 204
Potentiæ epiſcopalis, & principis laici diſcrimen. 67
Præceptum Chriſti de prædicandi munere. 14
Prædicatio. Vid. Concionandi munus.
Præfectus quomodo dictus Arabica lingua. 207
Presbyteri non concionantis pœna. 49
Presbyteri cur dicti epiſcopi. 179
Princeps quomodo dictus Arabica lingua. 207
Principis laici potentia quid differat à potentia epiſcopi. 67
Principes concionantes. 146
Principum dominatus in ſacerdotes. 157
Pronuntiatio Sancti Caroli. 132

Pro-

INDEX

Prophetarum auctoritas, & officium. 170.
Nomina varia. Ibid.
Prophetiæ donum quibus olim datum. 173
Pusillanimitas an excuset episcopum à concionando. 135
Pythagoræorum vita. 193

R

Receſſuinti Regis concio. 158
Reges concionantes. 158
Religiosorum varij mores, & instituta. 188
Ricaredi Regis concio. 158
Ritus consecrandi Pontificis. 25
Ruffini in re bellica laus. 163

S

Sacerdotum idolorum in dicendo auctoritas. 144
Ægyptiorum electio. 166
Auctoritas. 167
Salomon cur dictus Ecclesiastes. 205
Et Congregator. 206
Samnei qui, & quanti olim habiti. 169
Scientia quàm necessaria episcopo. 116
Et quæ potissimùm. 119
Scripturę sacræ volumina cur Pontifici capiti imponantur. 26
Cognitio quàm necessaria episcopo. 120
Senilis ætatis commendatio. 176. 194
Eloquentia. 180
Sexus virilis excellentia. 172
Signi nautici, & concionis episcopalis similitudo. 203
Silentij Pastorum causa. 105
Damna. Vid. concionandi munus.
Sisenandi Regis concio. 158
Speculatorum munus. 171
Speroni oratio. 136
Stiliconis in re bellica laus. 163
Stoicorum doctrina. 193
Studium, & exercitatio S. Caroli 2
Studia Constantini Magni. 149
Suggestio quid. 144
Superbia quantopere ab episcopo fugienda. 41

Totile

INDEX

TOtilæ oratio ad milites. 162
Tribunorum eloquentia. 165
Tyrannorum in declamando exercitatio, & auctoritas. 146

V

VErecundia an excuſet epiſcopos. à concionandi munere. 135
Veritatis ſimulachrum. 166
Victus moderatio quàm neceſſaria epiſcopo. 29
Virilis ſexus excellentia. 172
Vomens quid apud Salomonem. 206

S



IMPRIMATVR.

Inquiſitor Mediolani.
Anton. Ruſca Can. Ord. Theol. pro Reuerendiſs. Capitulo Sede vacante.
Comes Maioragius pro Excellentiſs. Senatu.